

S. BLANCARDI LEXICON MEDICUM,

In quo exhibentur termini artis in
Anatomia, Chirurgia, Pharma-
cia, Chymia, Botania & Praxi
vulgo usitati. &c.

A.

Sive $\ddot{\alpha}$, vide *Ana*.

$\ddot{\alpha}$, $\ddot{\alpha}\ddot{\alpha}$ vide *Ana*.

A BAPTISTON, videatur *Modiolus*,
derivatur ab α , priv. & $\beta\alpha\pi\tau\iota\zeta\omega$ immer-
go, quia immersi non potest.

ABARTICULATIO, vide *Diarthro-*
sis.

ABDOMEN, *Juvenali Summ*, *Aqualiculus*. Est Ven-
ter *infimus*, *Hepat*, *Lienem*, *Ventriculum*, *intestina* ;
&c. continens. Intus membranā *Peritonaeum* dicta succin-
gitur : anterius in *Epigastrium*, *Hypochondrium dextrum*
& *sinistrum*, *Umbilicumque dividitur* : inferior regio
Hypogastrii nomine venit, nomen accepisse videtur quod
abdit, seu abscondit viscera. Græcis $\iota\pi\omega\gamma\delta\sigma\iota\sigma$, $\iota\pi\epsilon\sigma\iota$;
 $\iota\pi\omega\gamma\delta\sigma\iota\sigma$, $\iota\pi\omega\gamma\delta\sigma\iota\sigma$, $\lambda\alpha\pi\delta\epsilon\alpha$, $\iota\pi\omega\gamma\delta\sigma\iota\sigma$. B. *Onderbuik* ;
G. der. unterbauch, Schmerbauch. Gall. *Le bas ventre* ;
inferieur. A. The belly, or Panch.

ABELMOSCH : Semen est Belmoschi *Ægyptiaci*, pu-
fillum, reniforme, umbilico albicante, parallelis sulcis
striatum, colore extus gryfeo, intus albo, odorem mos-
chi spirans : vox arabica composita ex *ab*, *el* & *mosch* ;
quod sit moschus Arabum, hi enim semen pulverizatum

A potuit

2 LEXICON

potui coffee pro gratia addunt. Gall. *Ambrette ou graine musquée.*

ABDUCTORES MUSCULI, sunt illi, qui brachium, erus, oculos &c. abducunt, quorum oppositi, *Adductores*, dicuntur. B. *Afhalende Spieren*. G. Hinweg fuehrender Mauss. Gall. *Les muscles abducteurs*. A. te extending muscles.

ABIES, est arbor semper virens, altè excresceris, & in primis montibus gaudet Saxosis, cortex ejus politus, resinosus, præsertim in regionibus calidis, albescens, folia habet longa, Taxa similia, sparsim solitaria in ramis; flos mas, amentaceus, apiculis constans uno loco; fructus nascitur alio loco inter foliola squammatim spicam formantia, estque fructus squammosus, strobilus vel conus dictus, Gr. ε'λάτη, dici putatur, quod arbor altius excrescat, quam cæteræ arbores. Vocatur etiam *Sapinus*. Ex hac educitur Terebinthina. B. *Denne-boom / Mastboom /* G. Dhannenbaum, Danne. Gall. *Sapin*, A. The Firtree.

ABIGA HERBA, ab abigendo partu: vel quod ejus folia abieti sint similia: unde & Chamæpitys dicitur. Vocabatur & *Ajuga*, *Arthetica*, *Arthritica*, *Iva Arthetica* vide hæc cognomina suis locis.

ABLACTATIO, dicitur quando infans, annum agens unum aut alterum, à lactatione arctetur. Gr. Α'πογαλακτισμός. B. *Speeningen / spenen*. G. Von der Milch stossung, Entwehnung. Gall. *Sevver*. A. a weaning.

ABLVENTIA, vide *Abstergentia*.

ABLUTIO, Chymicis est, cum Medicamenta impura, mediante aquæ affusione abluuntur, ut lixivium à sua terra; vel quando acrimonia à quavis calce aquam affundendo & decantando abluitur. B. *Een wassinge*. G. Abwæschung. Gall. *Lavement, Lotion*. A. A. Washing, or rinsing.

ABOMASUM, In ruminantibus quatuor numerantur ventriculi: Primus dicitur, *Venter*, deinde *Reticulum*, *Omasus* & *Abomasus*. Gr. Ηρυγεών. B. *Die agter pens*. G. Ein Feisterdarm, Feist eingeweydt. Gall. *Pance, Le gras boyau*. A. The Read.

ABORTIVA sunt medicamenta, que uterum aperiunt, Fœtumque & Placentam expellunt. Gall. *remedes abortifs*.

ABOR-

M E D I C U M.

ABORTUS, ABORSUS, ABORTIO & ABORTIVUM indiscriminatum accipitur. Estque foetus immaturi ante debitum partus tempus, in lucem editio: cuius causae sunt vel in Matre, vel in fetu; in genere sunt omnes causae, quae Placentam ab utero solvunt; hinc omnes nimii motus sive à mente sive à corpore producti, plethora, debilitas, convulsiones &c., uteri mala conformatio, vel status morbosus, foetus si ægrotat vel mortuus est; &c. Foetus abortivus *Sueton.* Abortus *Cic.* Exterricinus *Festo*, hujus generis est, quasi matre exterrita ante tempus natus. Ηλιόμενον Græci dicunt. Εὐτρωπα Εὐσολος *Euryp.* Κύμηα ἀπομένων, Αρβάλωρα, Αρβάλωντος *Hipp.* Αποφθεξε *Eid.* Αρβάλωδειον, Αρβάλωτος, Ευτρωπος, Ευτρωπος *Aristot.* Εξάνθλωρα. B. Misval / Misdragt / Misbaa ring / Vanwugt / Misbraam. G. Ein unzeitige Geburt, Misgeburt. Gall. Avortement, Fausse couche, A. An untimely birth, an Abortion.

ABRASA, ἀποσύμματα græcis dicta, sunt ulcera, quæ mollem & suspensam habent cuticulam: Vel est quoque locus desquamatus, & frustulum, in ulceribus à partis ulceratæ substantia abrasum. Gall. ulcerations, Ecorchures. A. Schaved away.

ABRASIO INTESTINORUM est ulceratio partium superficiarum in Intestinis, quæ earundem partium ramamenta educuntur una cum fœcibus. Gall. ulceration des intestins. A. A Schaving off of y Intestines.

ABROTANUM, est vox origine Græca, διὸ τὸ τρέχον φάγεσθαι σόρρον καὶ ἀπαλὸν, quod aspectu sit molle & tenerum, vel dicitur ab Africa urbe ad mare mediterraneum. Planta officinalis est, gymnomonosperma, flore composito, semine non papposo, foliis tenuissimè divisis, odore forti, aromatico & acri, flores & semina referunt satis Absinthium, radix lignosa, caulis multifidus, durus, fragilis, ramosus, medulla alba repletus. B. Averonne / Averuit. G. Stab-wurtz, Gert-wurtz, Gart haglen, Schotwurtz, Kuttel-kraut, Affrusch. Gall. Aurone. A. Sothernwood.

ABSCESSUS, vide *Apostema.*

ABSCISSION, est ablato partis mollis vitiatae vel corruptæ, ope Instrumenti acuti secantis. B. en affnypding. Gall. Separation, coupure.

ABSINTHIUM, est officinalis planta, habens flores

LEXICON

4

flosculosos deorsum vergentes , caulem lignosum , ramosum , albescem , folia incana , amara infligniter , odoris aromatici , semina parva , non papposa : nomen græcum ortum ab ἄψινθος , id est , contrectando , per antiphrasin deflexerunt , quod nullum animal , ob eximiam amaritatem , hanc herbam attingat . Veteres Graeci comici ἄψινθον quoque conformi Etymo , quasi impotabilem dixerunt , quod hanc nemo , propter insignem amarorem bibere possit . Vel dicitur à populis Absinthiis , juxta Pontum habitantibus , ubi Absinthium amarissimum crescit . Ex a priv . & οὐρων bibo vel ex a privativo , & οὐρων delectatio , quasi planta , quæ ob magnam amaritatem , nullam delectionem præbet . B. Alst / Alsem . G. Wuermtod , Wermueth . Gall . Aluine , Absinthe . A. worme-wood .

Absorbentia , Medicamenta sunt ex Fossilibus , animalibus , metallicis , vel plerumque ex terrestribus petita , quæ vim habent acidum in corpore humano in se trahendi , sibi associandi & enervandi ; dum interea nullam ipsa acrimoniam habent , quâ corpori nocere possunt , unde aliis sœpe præferri solent , uno tamen hoc damnoſa , si , inerti pituita mixta , mole nocent & pondere . Dicuntur & Temperantia , Concentrantia & Saturantia . B. Zuur brekende middelen . G. Saur-brechende mittlen . Gall . Absorbans , Remedies qui temperent l'Aigre . A. Absorbens see Absorbing medecines .

Absorbentia , vasa sunt minima , quæ , quasi introsugendo exterius applicata , ea corpori invehunt , & liquidis admiscent : Talia sunt ubique in corpore , ubi membranae liberè in cavitates hiant , & per haec Mercurius & Emplastra & alia penetrabilia corpora externè applicata intrant in corpus : dicuntur quoque Resorbentia . Gall . Vaisseaux absorbans . A. Absorbent vessels .

Abstemius , est proprié , qui Vino abstinet , latè sumitur pro eo qui cibo & potu à Medico interdicto se abstinet . Compositum ex abs & temetum . Gr . Αἴστη . B. die ſig onthoud . G. Der Sieg enthaelt van Wein . Gall . Qui ne boit point de vin . A. Temperate in diet .

Abstergentia , sunt quæ diluentibus , resolventibus , & saponaceis particulis fluida glutinosa , vel semi-corrupta solida auferunt ex locis , quibus suā tenacitate adhærebant , non laedendo loca quibus conjuncta fuerant . Gr .

GR. Ρυπτοτά, Απωλύνοντα. B. Ασφαγενδε middelen. GR Abstrechende, wund reinigende mittlen. Gall. *Remedes abstergents.* A. Absterfive medecines lée detergent.

ACACIA, Gr. Ακακία: Habet folia pinnata numerosis foliolis, flores monopetalos infundibuliformes, campanulatos, multis staminibus donatos, in capitulum congestos, siliquam longam, in plures foveas divisam, reconcentem semina subrotunda ut plurimum reniformia; Ex *Acaciae* *Ægyptia* siliquis immaturis exprimitur succus, qui coctus & inspissatus, saporis acerbi, austeri & adstringentis est, qui tantum nominis meruit ad adstringendum; in *Ægyptia* multum adhibetur in Peste & dyenteria, morbis ibi familiaribus, ille succus cum sit pretiosissimus, & raro ad nos deferatur, hinc Germani illum extrahunt ex fructibus *Pruni Sylvetris*: Belgice *Sleedoorn*; qui succus expressus, coctione leni inspissatus, nigricans, solo colore ab *Ægyptiaco* differt, saporis similiter est acidi, austeri, adstringentis, nomen ab *ακή* seu *ακακία* mucrone, cuius ide, spina enim est *Ægyptia* pungens: nam *ακής* est acuo, unde *acacia*, vel potius *Acatia*. B. *Sleepzummen*. G. Schlehendorn. Gall. *Acacia*, *Prunier sauvage*. A. The Sloe-tree, or Thorn.tree. Ex ipsius arboris pruni succus colligitur, qui in consistentiam spissam evaportatus, Rob *Acacia* officinis dicitur.

ACAMATOS, est optima corporis humani constitutio & figuratio. Item non laborans, indefessus. ex a priv. & *χαρη* labore, lacefso. Gall. *qui est infatigable*.

ACANACEA, omnes Cardui Spinoli & Capitati sic appellantur, ab *ακής* acuo.

ACANOS, est herba vel frutex spinosus & aculeatus, ab *ακής* acuo.

ACANTHUS, vide Branca Ursina.

ACANTHABOLUS est instrumentum Chirurgicum *Volsella* dictum, quo spinæ cesophago inhærentes, eximuntur: Item frustula ossis corrupta & mobilia, spicula item & globuli eorumque fragmenta, turundæ, atque pili, aliaque extranea, qua in vulneribus reperiuntur, eodem instrumento eximuntur: sic quoque appellantur instrumenta cosmetica, quæ evellendis pilis è superciliis destinantur. ex *ακακία* spina, & *βαλλο* jacio. B. *Woorn-tang* / *Trek-tang* / *Graat-tang*. G. *Grat-Zænglein* Gall. *Pincé*-

6 L E X I C O N

tes pour tirer les Epines ou d'autres corps étrangers hors de la gorge ou de l'oesophage. A. A pair of Pincers or nippers.

ACANTHA seu *ἄκανθη*, est Vertebrarum protuberantia posterior, vulgo *Spina Dorsi* appellata. B. *Hugge-graat*. G. Ruck-Grad. Gall. *l'Epine du dos, ou l'Ecbine*. A The posterior process or spines of the back bone. *Acantha*, est arborum aut plantarum pars acuta *Spina dicta* & in genere significat spinam qualemcumque. Derivatur ex *ἄξω* cu-*spis*, *ἄκαλος* acuo. B. *Θοοζη*. G. Stachel, Dorn. Gall. *une Epine*. A. a thorn.

ACANTHUM, idem quod *Acanthus*.

ACANTHUS, *Acanthium & Acantha*, est spina, arbor vel herba spinosa, Cardui species ab *Ἄκανθα* vel *Ἄκανθει* spinosum vel aculeatum reddo. Gall. *Especie de Char-don*.

ACANTHUS, *ἄκανθη*, seu *Brancha ursina*, planta est flore monopetalō, anomalo, quæ habet folia ampla, mollia, villosa, profundi incisa, repentina, ex radice erumpentia, & succum glutinosum habentia; florem monopetalum, anomalum, versus anteriora bifidum, versus posteriora succedit vasculum seminale instar gladii, obvolutum plerumque ipso calice, fructum habet glandiformem, di-fangeion polyspermum, semina oblonga, radicem, extus nigram, intus albam; dicitur ab *ἄκανθη*, ex *ἄξω*, spina; quod spinis, sylvestris tamen potius quam domestica, donata sit, à similitudine foliorum cum pedibus Ursi dicitur. B. *Wierentlaauw*. Gall. *Acante, Branc-Ursine*. A. *Brank-Ursne*.

ACARNA, sive *Acorna*, Planta est Cardui species, incana, spinosa, gymnomonosperma, flore composito, capitato, squammoso. vox græca à Theophrasto usurpata, qui hanc plantam inter *φυλλάντα* reportuit, quasi habens *φύλλα* *ἄκανθα* folia spinis donata. A. Fishthistle.

ACARON, vocatur *Bruscus & Myrtus Sylvestris*. Ex à priv. & adē caput. Est vox minus usitata.

ACARUS, ab *α*, & *καρ*, tondeo, feco, quod sit animalcum parvitate infectile. Gall. *un Ciron*. B. *Cen Dept.*

ACATALIS, vox græca; estque Juniperi bacca.

ACATERA, est *Juniperus major*.

ACCELERATORES vocantur musculi penis duo, qui car-

carnei orti. à superiori parte urethræ sub osse Pubis , am-
bientes bulbum urethræ, inferius juncti , decurrant, &
secedentes inseruntur utrimque membranæ forti corporum
cavernosorum penis. Hinc agendo, constringunt Urethræ
partem posteriorem , quo urinam ex urethra , sed præci-
puè in coitu , vi magnâ fenen expellunt. B. Waterboort-
Dyvers. Gall. Muscles Accelerateurs.

ACCESSIO, idem quod Paroxysmus.

ACCIDENS, idem quod Symptoma.

ACCIPITRINA, est herba , quæ nomen ab ave acci-
pitre mutuatur. Vide Hieracium.

ACCIPIITER, quasi ἄκιπτες , ex ἄκη , celer, & πτε-
ρον, ala, vel ab accipiendo, quod aves accipiat. Gall. Epre-
vier. B. een Havik. A. a Hawk.

ACCYSETUM, est Alyss species.

ACER, vel ut apud Solinum legiter ACERIS : est ar-
bor glandifera , satis procta flore rosaceo , pistillo frugi-
fero, tricapsulari , in alam foliacam desinente , foliis la-
ciniatis : Hujus cortex est rubicundus , lignum durum &
satis fragile : Ex hujus arboris succo saccharum præparant
Canadenses , uti constat ex Act. anglic. philos. n. 171. p.
988. dicta forte ab arcu , quia ex ipsius ligno Arcus fie-
bant. Gr. Σφίδαρις à σφίδας , à robore , vehementia ,
duritie : à σπινδω festino , incito. B. Woog-hout. G. A-
horn, Maß holder baum. Gall. Erable , A. The Malple
tree.

ACERBUM, ab ἀκη , acies, acumen ; quia, quod gu-
statu acerbum, id linguam constringit & exasperat. Gall.
Apre. A. Scharp.

ACERIDES, sunt Emplastra, quæ carent Cera.

ACERVUS, est magna collectio & accumulatio rerum
supra se invicem positarum : quasi agervus , ab agerendo
dictus : vel ab ἀκη , cuspis , quod acervus sit fastigatus ,
vel ἀγέριον , congrego. B. een Hoop. Gall. un Monceau ,
amas. A. a Heap.

ACETABULUM, idem quod Umbilicus Veneris. Fo-
lium habet rotundum & in summitate depresso , à simi-
litudine scutellarum dictum, in quibus acetum olim men-
ſe solebat apponi. Gr. Κῦπρος Αφροδίτης , id est, Hortus
Veneris. item Γῆς ὄμφαλος , Terræ umbilicus; Κοτυληνῶν,
umbilicus Veneris. B. Venus-navel-kraut. G. Nabel-
kraut.

kraut. Gall. *Escuelles*, *Nombril de Venus*. A. *Venus-na-*
vel-wort : vel *Pony-wort*.

ACETABULUM, in genere denotat ossis cavitatem, alterius ossis caput profundius excipientem; & in specie applicatur cavitati; quæ est in extrema cervicis scapulæ parte, & caput brachii excipit; & in primis cavitati magnæ, formatæ in concursum externo trium ossium, Ilii, Ischii, & Pubis; capiti ossis femoris recipiendo dicitur: nomen ab accipiendo habet, quia capit aliquid; dicitur quoque *Pyxis* & *υροῦλη*. B. *en' hollighed des heuven-benig*. G. Die Schuifsel, vel hoele darin Sich die beine-fugen. Gall. *la Boëte ou grande cavité formée par les os des îles, Ischion & Pubis*, pour recevoir la tête de l'os de la cuisse. A. The great cavity in the glipbone. Item glandulæ quædam in Chorio, Acetabula vocantur, de quibus vide *Cotyledones*.

ACETABULUM, est etiam Veterum mensura, continens vini uncias duas cum semisñe, sed olei uncias duas & dragmas duas; aliis erat liquidorum fesquicyathus. Gall. *Acetabule* (petite mesure qui contenoit la quatrième partie de l'Hemine, ou deux onces & demie de liqueurs, ou de matiere sèche, suivant le rapport de Pline.

ACETARIA, sunt ex vegetabilibus obsonia vel condimenta, quæ cruda cum aceto, oleo, & sale manducantur. B. *Staa*. G. *Salade*. A. *Salets*. pertinet hoc nomen, vel ad vasculum, in quod acetum infundebatur ad intingendos cibos, vel ad mensuras, cotylæ quartam partem, id est 24 drachmas denotans.

ACETOSA, est planta flore apetalo, *femine trianguli-*
ri capsulâ obvoluto, quæ conficitur ex tribus foliis cali-
cis: habet folia oblonga, viridia, splendentia, succum
acidum habentia, cætera ut in Lapatho, nisi quod sapor
acidus sit in caule & foliis: Radix fibrofa, lutea, strenue
ficcante & adstringente sapore. Saporis est acidi, unde ei
nomen impositum. Gr. οξυλια & οξυλάπαθον, quia inter
Lapathi species recensetur. B. *Zuuring / Surkel*. G.
Saurampfier. Gall. *Ozeille*. A. *Sorrel*.

ACETOSILLA, est minor Acetosæ species, & ejusdem originis dicitur & Alleluja, Lujula, Oxs, Acetosum trifolium Oxytriphyllo. B. *Maaberzuuring / Maellieeks-brood*. Gall. *l'Alleluja*. A. *Wood-forrel*.

ACETUM, est liquor acidus, vegetabilis, tenuis, pe-
ne-

M E D I C U M.

9

netrans, subpinguis, ignem & flammarum extinguens : in genere autem liquorem quemcumque acidum notat, unde nonnullis spiritus salis, nitri, vitrioli, & similes, *Acetum* dicuntur. Verum tamen in officinis liquorem solum acidum denotat, ex potulentis succis factum & *nar* *żoż* *żu* ex vino seu uvis : & hoc recipiendum est, quoties *Aceti* simpliciter fit mentio. Aliud est *Simplex*, aliud *Destillatum*, cum vel sine Medicamentis ; aliud est *Compositum*, ut *Acetum Calendulae*, *Rosarum*, *Sambuci*, *Scilliticum*. Gr. τὸ ζε. B. Ζύγιν / Edik. G. Effig. Gall. *Vinaigre*. A. Vinegar.

ACETUM ALCALISATUM, est acetum destillatum, quod ipsius proprio sale alcali est saturatum & acutum.

ACETUM PHILOSOPHICUM, est acidum ex melle destillatum, vel est aqua mercurialis, quam alias lac virginum appellant, quo metalla solvi perhibent. Gr. οὐδὲ ποφῆ.

ACETUM RADICATUM, est liquor acerrimus aceti, abstracto phlegmate, cum proprio suo sale conjunctum, & hac de causa etiam Acetum alcalifatum appellatur.

ACHAMENIS, est Polii species assurgens : Forte ab e priv. & *xauai* humi.

ACHATES, vel **ACHATITES LAPIS**, Est genus inter opacos lapides, & gemmas, ita medium ut semiopacum vocari queat : coloribus & rerum imaginibus quas ab ipsa natura formatas, repräsentat, valde varians. Ab Achate fluvio Siciliæ, ubi primum inventus est ; vel τὸν ἄχατον, id est à cura, quam, ut animi molestiam discutere dicitur. B. Αγαάτ. Gall. Agathe. A. an Agat.

ACHILAIS, est hordei species, putatur ab Achille quoddam rustico nomen habuisse.

ACHILLEA & ACHILLEUS, vide *Millefolium*. Sic dicitur, quia ferunt Achillem Chironis discipulum pri-
mum invenisse. Gall. *Millefeuille* (*Herbe & fleur, qui guerit les playes & qui a été trouvée, a ce que l'on dit, par Achille*). A. Yarrow.

ACHLYS, significat aëris caliginem, & turbationem, cuius crassamentum est medium inter nebulam & nubem, crassius nebula, & nube tenuius ; & in specie ita dicitur oculi quoddam vitium caliginosum ob cicatriculam te-

nuissimam à superficiaria cornea exulceratione factam, nigrum pupillæ occupantem. Recensetur inter species *Amblyopia*, ab ἀχλίᾳ obtenebror. Gall. *Brouillard*, à cause que la vuë se trouve comme obscurcie par un léger ulcere, qui est superficiel sur la cornée transparente.

ACHOR, seu *Cerea*, est crustosa scabiei Capitis seu Herpetis species : sunt ulcera in capitis superficie pluribus exiguis foraminibus aperta, sanie liquida manantia, fetida, putrilaginosa & cadaverosa, alias livida, alias flava, siccis ac tuberosis crustis testa, pruriginosa ; orta à quocunque acri glandulas cutis obidente. Derivatur ex α priv. & χρόνος locus, quia parvum locum occupat. Differunt Achoris & Favi haec est, quod in Achoribus foramina sint minora & visum quandoque effugientia : in Favis vero majora & manifesta. Dic. etiam crusta lactea, *Lactunia* & *Tinea* praesertim, si Achores diutius durent, & tardius ad curationem disponantur. Gr. Αχρόη, *Saphati* Arabibus. B. *Schurft huid des hoofds*. G. Reudigkeit des Haupts. Gall. *Teigne ou Gale de tête*. A. Runing sores of the head.

ACHROI, sunt homines decolores, ut Melancholici, Cachectici & Chlorosi vel Ictero laborantes vel exsangues ex α priv. & χρόνος color. B. *Wankeltung*. G. Entfärbt, uebel gefärbt. Gall. *Une Mauvaise couleur*. A. Ill coloured.

ACIA Celsi, idem quod *Fibula Chirurgorum*.

ACIDA *Dyspepsia*, vide *Dyspepsia*.

ACIDITATIO vocatur symptoma ventriculi ; quando vino assumptum in illo acorem contrahit, quod *Hypochondriacis* quibusdam satis familiare est.

ACIDULÆ, sub aquis mineralibus comprehenduntur, & sunt propriè tantum aquæ spiritu acido imprægnatae, quarum vires differunt pro natura metalli vel mineralis ab hoc acido corrosi ut sunt spadanæ &c. vide *Balanæum*.

ACIDUM, est sal fixus, aut volatilis : cognoscitur, 1°. ex ortu suo, nativo, fermentatione, igne. 2°. ex materie sua vegetabili, fossili. 3°. Effectu effervescentiae, cum alcalinis, terrestribus, Ostracodermitis, Coralliis, &c. Præcipitationis, coalitus in neutrum cum alcalicis, terrestribusque ; solutionis in primis partis metallicæ mercurialis ; Mutationis coloris Heliotropii, Rosarum, violarum, in rubrum ; saporis ; odoris ; doloris rodentis lan-

M E D I C U M.

¶

cinantis, excitatione : ab $\alpha\kappa\iota\zeta$, acies, acumen : quod accida linguam pungendo vellicant. B. Zuur. G. Acide. A. Acid.

ACINESIA, est totius corporis aut partis alicujus immobilitas, ut in Paralyse, Apoplexia, Syncope &c. ex a priv. & $\kappa\omega\epsilon\omega$ moveo. B. Onbewegelijkhed. G. Unbewegelicheit. Gall. Immobilité. A. Immobility.

ACINI, sunt granula minutiora sive per se crescent, ut acini, id est, bacca sambuci, sive aliis inclusa, ut acini uvarum, quin & ipsas uvas integras sonant. *Acinus* etiam *Columella* appellatur : ut & minutissimae glandulæ in hepate, cute, &c. quæ ferè visum fugiunt, quoque *Acini glandulosi* appellantur. Gr. $\pi\alpha\kappa\iota\zeta$. B. $\pi\alpha\kappa\iota\zeta$. G. Koerlein. Gall. des Grains comme ceux de raisin, de Lierre. A. Akernel, or Grain.

ACINIFORMIS TUNICA, idem quod *Oculi Tunica uvea*, dicitur quoque acinosa tunica, vel Gr. $\pi\alpha\gamma\omega\delta\iota\zeta\delta\iota\zeta$,

ACINUS vel ACINOS, est Ocimastrum ; an ab $\alpha\kappa\iota\zeta\omega$ medeor ? Exponitur res vilis, & nullius pretii.

ACIPENSER, genus piscis, ab accipiendo, quod frequens mensis accipiatur. Gall. Sorte de Poisson, qu'on croit être l'Eturgeon.

ACMASTICA FEBRIS, idem quod *Synochus* ab $\alpha\kappa\mu\zeta\iota\zeta$ invalesco, vigeo. vide *Homotonos*.

ACME, est morborum vigor, seu status & summum : morbi plerique quatuor tempora habent : primum dicitur *A'γην*, id est, *Principium*, seu *Invasio*, sive cum morbus primo invadit. 2. *A'ναλεως*, sive *Augmentum*, estque tempus inter principium & vigorem. 3. *A'κυδια*, seu morbi *Vigor*, cum morbi symptomata maximè urgent ; in quo æger, si vires deficiant, moritur. 4. *Παρεκτη* seu *Declinatio*, quando morbus deseruit, & æger extra noxam judicatur, nemo enim in declinatione moritur, ab $\alpha\kappa\mu\zeta\iota\zeta$ vigeo. B. Het hoogste der ziekte der gezondheid / stilstand / top / 't hoogst. G. Wann die Kranckheit am heftigsten ist. Gall. le plus haut degré, ou point de la maladie. A. The height of a disease. Est & Athletarum supremus vigor.

ACONITUM, est Herba, cuius denominationem derivant ab $\alpha\kappa\omega\eta\zeta$ vertices montium, quia rupes & loca petrosa amat ; crescit enim in montibus circa Alpes ; *Aconitus* enim est collis circa Heracleam Ponticam : vel $\alpha\kappa\omega\eta\zeta$

τοῦ ἄκρων a cautibus : planta est, quae caulem habet exiguum, rotundum, in multos ramos divisum; folia in ambitu ferē rotunda, ampla, laciñiata habet, & florem pentapetalon anomalum, caput humanum eucullā monachi tētum referentem, pistillum abit in siliquas multas univalves, dehiscentes, quae recondunt semina angulosa, nigra; radix fibrosa; vis deletraria magna ineſt, hinc *Lycocloni* cognomen habet à λύκος lupus, & οὐρία occido. B. *Wolfswortel*. G. Dolwurtz, Narren-kappen, Ehſenhuetlein, Wolffs-kraut, Gifft-kraut. Gall. *Aconit*, *Tuō Loup*, A. *Wolfbane*, Monks hood or Libbards bane.

ACOPUM, est medicamentum, quod lassitudinem è vehementiore motu corporis contrāctam, illitu sopit, & dolores levat : è calefacientibus, emollientibusque conflatum. ex a priv. & *υπόλειμψα* laſlo. B. *Zalvēr vermoer-Heid / verfrig-zalf*. G. Eine Salbe vor Muediteit. Gall. *Onguent ou medicaments, dont on se fert pour oter la lassitude du corps*. A. Medicines against weariness.

ACOR est acidus ructus ex cibis acescentibus non benē digestis in ventriculo. B. *Zuure opriſping*. Gall. *Rapport aigre, aigreur*. A. Sowerness.

ACORNA, vide *Acarna*.

ACORUM & ACORUS, Est calamus aromaticus officinarum : est duplex *Indicus* vel *Noſtras*; præstat prior fragrantia : in uſu radix, quæ oblonga, paululum compressa, in superficie quaſi geniculata, externè ex flavo rubescens, intus alba, fungosa, faporis acris, ſuaviter amaricantis, & aromatici, odoris fragrantis; in paludibus crescit, eminent tota ex aqua, & tota ſemper decurrit horizontaliter ſupra aquam, in limo riparum, & fibræ inhaerent aquæ. Dicitur, quod *tauē abeas*, id eft, pupillæ ſeu aciei oculorum caliginofæ medeatur. B. *Calmoes*. A. Sweet flag or Calamus.

ACOSMIA, eft ſtatus sanitatis perversus cum faciei decoloratione, vide *Achroi*. Idem quod *Ataxia*. ex *ἀκοσμίῳ* non orno. B. *Verkleurtheit*. G. Verenderte farbe, uebel gefarbt. Gall. une mauvaife couleur. A. Siekneſſ accompanied with an ill couloured face.

ACOUSTICA, ſunt medicamenta auditum juvantia. ab *ἀκοή* audio. B. *Gehoor-middelen*. G. Gehoer-Mittelen. Gall. *Remedes contre la ſurdité*. A. Medicines againſt deafneſſ.

ACRA-

ACRASIA, est INTEMPERIES sive qualitatum in mixtione excessus, ex a priv. & *νεργματι* tempore. B. *Ongetempertheid / onmatigheid*. G. Unmæstighkeit. Gall. *Intemperie*. A. Intemperate.

ACRISIA, est turbulentus morborum status, adeo ut nullum, difficile, malumque judicium aut crisis sumi vix possit, ex a priv. & *νεργω* judico. B. *De ziekteens stijlstant wanneer men nauwkeurig vennis geben kan*. G. Unruhigkeit im Krankheit. Gall. *Etat de la maladie, ou l'on ne peut porter aucun jugement à son égard*.

ACROCHIR, Gr. *ἄρχεις*, est summa & extrema manus, cujus termini sunt ulna cum radio, & extremi digitorum apices : dividitur in tres partes minores, carpum seu Brachiale, metacarpum seu post brachiale, & in digitos.

ACROCHEIRESIS dicitur species luctæ vel exercitationis, quando duo homines summis manibus inter se coluctantur, & se se raptant.

ACROCHORDUM, est verrucarum species, dolens est, orbiculari figurâ cum angusta basi, & *pensilis verruca* appellatur. Vel est verruca sub cute durior, asperior, callosa, & plerumque teres, cuti concolor, infra tenuis, ad cutim latior, Juniores maximè infestans : sic dicta, vel quod vertice suo similis sit resectæ chordæ, secundum extremitatem, vel quod in imo adeo angusta sit, ut pendere videatur. ex *ἄρχεις* summa & *χεὶς* fides. B. *Een wortte / werde*. G. eine Wartze. Gall. *Verrue, cor, Porreat, durillon (qui se forme sous la peau aux pieds & aux mains)*. A. A hanging wart.

ACROMIUM, est scapulae processus superior, sive humeri summitas, ubi cum scapulis claviculae committuntur ; dicitur & *humeri mucro* & *summus humerus*, ex *ἄρχεις* summus, & *ἄνθετος humerus* *Ruso*. *ἐπορις Eurip.* *ἄψις κεφαλή*. B. *Het Schouder-beens hoofd / uitsteekzel / schouder top*. G. Overste theil des Schulterblats. Gall. *l'Acromion, Eminence de l'épaule*. A. A. Sinus at the end of te shoulde-blade.

ACROMPHALUM, vel **ACROMPHALIUM**, est umbilici medium, sive umbo, cui funiculus umbilicalis ante partum adhaerebat ; dicitur & *Μεσοφάλον*, *Μεσοφάλιον*, ex *ἄρχεις* summus & *ἔμβαλος* umbilicus. B. *Het midden*

des navelis. G. Das mittelst van der nabel. Gall. *Le milieu du nombril.* A. The middle of the navel.

ACROS, significat summum, extremum ita dicitur de naso, de ossium prominentiis, digitorum extremitatibus: & herbarum summitatibus, dicitur idem de Athletarum & morborum vigore, vel ab *ānglo*, quod sumnum notat: vel ab *ānglo* excelsa perambulo. Gall. *Extremitez.*

ACROTERIASMOS dicitur extremarum corporis partium, videlicet manuum & pedum, vel putrescentium, vel quorum ossa perierunt, per ferram resectio.

ACTE, est *Sambucus*. A *xxii* Græcis, forte à littore Attico, quod ad mare: *Sambucus* quippe aquas amat; *āxv* porro littus est. Vide *Sambucus*.

ACTIO, est operatio sive Functio, definiti motus definita exercitatio: solent distingui in vitales, animales, naturales, sexus, Privatas, Publicas: *Vitalis* dicitur omnis motus inseparabilis à vita, ac proin motus cordis, pulmonis, cerebelli. *Animalis* dicitur motus, in quo mens conscientia simul concurrit, ac proin sensuum motus, & musculorum voluntariorum. *Naturalis*, est motus, qui heterogenea assumpta mutat sic, ut abeant in naturam nostram modo positam, quales sunt actiones viscerum & vasorum. *Sexus*, est actio quæ viro vel mulieri propria, ut semen conficiendi vel suscipiendi. *Privata* actio est, quæ modo uni inservit parti, ut est vesicae urinariae. *Publica* actio est quæ toti corpori inservit, ut est actio ventriculi. B. Werking/ Bedieninge des Lighaam. G. Wuerckung. Gall. Action. A An. action, operation, or function.

ACTUALIS IGNIS, vide *Ignis actualis*.

ACULEI, Vegetabilium quæcumque duriuscula in cuspidem turbinata punctionem infligunt spiculorum modo, nominantur. Gr. *κίνητοι*. B. *Wooznen*. G. Dorn, Stachel. Gall. *Espines, Pointes, des piquants*. A. Thorns, or Pricks.

ACUERE, Chymicis est, quando liquor debilis, ab alio fortiori, ad dissolvendum penetrantior redditur. Sic sp. faliis acuit succum citri, spiritus nitri acetum destill. ad solutionem pro conficiendis magisteriis. Sic suppositoria accuntur scammonio, aliisve rebus. B. *Verischerpen*. G. *scharffen*. Gall. *Aiguifer*. A. Go Scharpen.

ACULA, est diminutivum ab *Acus*:

ACUS;

ACUS, sunt frumenti purgati fordes levissimæ plerumque pelliculis thecam granorum efformantibus constantes, quæ ventilabris ejaculantur. Gr. ἄχνης, ἄχνη. B. *Itaf.* G. Sprev, Klev. Gall. *Paille, Balle*. A. Chaff.

ACUS, instrumentum est tenue, oblongum in extremitibus habens acutiem & crimpam, cuius ope partes in unione soluta consuuntur, vel uniuntur. B. *Cen naalde*. Gall. *Une Aiguille*. A. *Needle*.

ACUS EXPLORATORIÆ, pertinent ad docimastichen Metallicam, & sunt exiles latiusculæ virgulæ metallicæ, quæ lapidi Lydio affrictæ, testantur depuritate metallorum & monetarum.

ACUS INTERPUNCTIORIA, dicitur illa, qua utuntur in suffusionibus sive cataractis in oculo removendis. Gall. *Aiguille à cataracte*.

ACUTELLA, est *Ononis*; sic ab acutis spinis dicta.

ACUTUS MORBUS est, qui cum magno periculo, brevi tempore decurrit: estque vel *Perperacutus* sive *Peracutissimus*, qui tertio vel quarto die terminatur: vel *Acutus simpliciter*, qui ad decimum quartum vel vigesimum diem ad summum durat: vel *Acutus ex accidentia*, qui quadragesimum diem pro summo termino habet. *Principitem* non male cum *Scribonio* dicas; vel *Celerem* cum *Aureliano*; *Pernicialis Livio* dicitur, qui *celeriter* necat aut liberat hominem. Gr. ἀριστερή καὶ πάθος. B. *Ein scherpe haastige ziekte*. G. *Gefehrliche vel geschwinde Kranckheit*. Gall. *Maladie aigue*. A. *an acute disease*.

ADAMAS, verus; est lapis purissimus; durissimus; solidissimus; liquidissimus; resurgentissimus; pretiosissimus; gemmarum crystalli fortè perfectissimæ simillimus, singularis lucis repercuſu omne corpus superans. Igni summo, tempore longissimo indomitus resistens; ἀδαμας, ab a privat. & *dauid*, domo; quod propter insignem duritatem lapis ille sit fere indomabilis. B. *een Diamant*. Gall. *un Diamant*.

ADDITAMENTUM, vid. *Epiphysis*.

ADDUCTORES MUSCULI, sunt illi, qui brachium, crus, pollicem, indicem digitum, oculos &c. adducunt, versus corpus, quorum Antagonistæ *Abductores* nuncupantur. B. *Die nahalende spieren*. G. *Herzuführende Maufz.* Gall. *Muscles adducteurs*. A. *The contracting muscles*.

ADEN.

ADEN, idem quod *Glandula*.

ADENOSUS ABSCESSUS, vocatur tuberculum, crudum, durum, atque omnino contumax discissu, glandulam mentiens, etiam circa loca glandularum expertia enatum.

ADEPHAGIA, est puerorum voracitas, qui subinde alios cibos, prioribus nondum concoctis vel digestis, afflumunt, Græcis componitur ex ἀδην largiter & φάγω come do. B. *Gulzig eten / gulzigheid*. G. Frässigkeit. Gall. *Voracité, Goulu*. A. Gréediness.

ADEPS, Gr. Στιρε, est pars sanguinis oleosa, albicans, in parvis vesiculis membranosis collecta, fovendis & inundatis partibus inferviens: ab Anatomicis à pinguedine distinguitur, cum adeps sit crassior, durior, calore diffici lius solvatur & promptè coeat; & hinc in homine vix reperitur, sed modo in brutis: Quomodo hoc sanguinis oleum per vascula peculiaria in vesiculos appropriatas fluit, observatione Malpighii constat. Videantur Institutiones nostræ & Anatomia. B. *Smeer / vet / ongel*. G. Feiszte, Fett, Schmeer, Schmalfz. Gall. *Graisse, sein*, A. Graef. or fat.

ADEPTI, dicuntur à Chymicis, qui artem Chymicam benè norunt, & inter Chymicorum Philosophos relati sunt. Vel qui omnem laborem in arcano universali acquirendo impendunt, & in hanc metam adspirant; sic etiam vocarunt adeptos qui specialem scientiam crederent se habere sive in Medicina sive in Chirurgia pro sanandis ægris. B. *Ängelomene*. G. Sehr erfahren in der Ehimie. Gall. *Adeptes*. A. Skilfull in Chymistry.

ADIANTHUM, nomen ab eventu accepit, quod folium ejus aquâ perfusum *diuinatur*, id est, non madeat, sicco semper simile. Διανινθω & διανιζω est perlucio, abluo. Atque hoc potissimum accipendum de imbre in illam plantam decidente, cuius stellatulum foliis ejus non infidet. Vel quod interioribus puteorum parietibus & fontium marginibus, quas coronat, adhaeret: dictum est *Adiantum*, quod nimis tunc quasi sitiens illorum aquas, quas tamen adit & respuit, querat. B. *Vrouwien hair / Venus hair*. G. *Frauwen haar*. Gall. *Rue de muraille, Capillaire, Adiante*. A Maiden-hair.

ADIAPNEUSTIA, est impedita, per insensibiles corporis poros, perspiratio, & priv. & διαπνίω perspiro. B. *Brlette*. G. *Verhinderte Aufflauff der Dunsien*. Gall:

Gall. *Transpiration suppressæ*. A. Hindred perspiration.

ADIPOSI DUCTUS, vide *Sacculi adiposi*.

Adipos., ab α privativo & $\delta\imath\phi\alpha$, sitis, quod sitim sedat.

AUJUTORIUM OS, vide *Humerus*. Sic dicitur, quia in elevando brachio juvat. B. *Hulp-been*.

ADNATA TUNICA, est membrana oculi extima, orta à Periosteo, ex ambitu exteriori orbitæ, ibidem laxa; mobilis est; vasculosa; toti anteriori oculo obducitur, perlucida, folida est, hâc firmatur oculi bulbus; in medio relinquit foramen rotundum pro tunica Cornea, per quam transparet oculi iris & pupilla. Vocatur & conjunctiva. B. *Het aangewassen-oogvlies*. G. Das angewachsene Hæutlein. Gall. *La membrane conjonctive*. A. The outmost coat of the eye.

ADNATA vel ADNASCENTIA, sive *Appendices*, ramuli dicuntur, quos caulis nonnunquam ex se mittit, quasi novam adscitiamque prolem. Sic autem vocantur, quod quasi cauli adnascentur & supercedant. Gr. παραφύλλα; quod circum caulem erumpentes accrescant, appellârunt. B. *Langroeiſel*. G. Angewachsen, Anhang. Gall. *Excroissance*.

ADOLESCENTIA vid. *Ætas*.

ADONIS FLOS, planta est Ranunculi species, cuius caulis rotundus, villosus, intus excavatus, & in multos ramos divisus, folia tenuiter incisa, saporis acris, coloris viridis, flores rosacei, purpurei, qui sustinentur à pedunculo fatis longo; radix minima, alba, simplex, saporis ingrat & herbacei; nomen accepit ab Adone venereis Amatio, dicitur & Eranthemum, ab ερυθρό ruber, & ἔρυθρο flos, quia hujus plantæ flos est ruber, quibusdam dicitur φλάγξ à floris flammæ igneoque colore. B. *Brinnetekens / Duivels-oog*. G. Jeldroszlein, Adonis Blumi. Gall. *Fleur d'Adonis, espece de Renoncule*. A. Adonis Flo-
wer, Red Maithes.

ADOR, *Zea*.

AD PONDUS OMNIUM, significat, quod ultimum in formula præscriptum medicamentum tantum debeat pendere, quantum omnia illa superius præscripta simul.

ADRA RHIZA, est radix dura, & crassæ, diciturque de Aristolochia, ἀσθενes enim est abundans, multus, opulentus, crassus.

ADRACHNE, vide *Andrachne*.

ADSTRICTORIA, vide *Adstringentia*.

ADULTERATIO, significat in Pharmaceuticis medicamentorum fraudulentam corruptionem sub specie genuina. A. Adulteration.

ÆGAGROPILA, sunt pilæ Rupicaprarum seu Damarum oblonga frequentius, & raritis rotunda figura donatae, quæ in primo aut secundo ventriculo horum animalium reperiuntur; pondere etiam, cum maxima habentur, levissimæ, & quasi ex flocculis lanceis confeccæ: duplice constant substantiâ, quarum interior gemina, aut fibras radicum, aut filamenta & plantarum caulinulos succo concreto & exsiccatione in pulverem subtilem faciente compaæta refert; exterior coriaceam cutim; interdum tamen lignosum corticem quandam, rarissimè crustum lapideam æmulatur, coloris ut plurimum aut cineritii, aut nigri, aut etiam ex luteo obscuri; & magnitudinis variæ, quæ tamen manum in pugnum contractam vix unquam excedat; dicuntur in variis affectionibus singulari cum emolumento à Medicis exhibitæ in certa dosi; loco Bezoar Orientalis utuntur. Ab Ægagros Rupicapra & *pila. Gall. Agropille.*

ÆGER, infirmus morbo, ab *et* voce doloris; unde *æder*, lugeo.

ÆGIAS, Notat apud Hippocratem concretionem albantem, quæ pupilla oculi inhærescit, aciei caliginem offendit, eamque *obscurat*.

ÆGILOPS, & *Anchylops*, sic dicitur, quia hoc laborantes caprarum in modum intuentur, vel quia hoc affectu capræ sœpe laborant; estque propriè tuberculum, ut plurimum cum inflammatione, à caruncula lachrymali affecta ortum, majorem oculi canthum oblidens; sœpe *Anchylops* & *Ægilops* confunduntur; Quidam tamen distinctionis gratiâ dicunt, quod *Anchylops* sit, quando illud tuberculum nondum est apertum: *Ægilops* verò ubi abscessus factus est, & ruptus, quod, si tempore non aperiatur, os subjectum cariem contrahit, dicitur & fistula lachrymalis. vide *Anchylops*. B. *Ten geiten-oog/traan fistel*. G. Geisz-Aug. Gall. *Oeil de chévre, Fistule lachrymale*. A. A swelling in the corner of the eye. Sumitur quandoque pro *Lachrymali Fistula*. B. *Oog-fistel*. G. Aug-Flusz,

Flusz, Auegen-Fistel. Gall. *Fistule à l'Oeil*. A. Lachrymal
Fistule. Item est species graminis hordeum encans, ex
æc caper, & æc oculus, facies, vultus. B. *Dzavig / ge-*
baarde evene. G. Dravich, wilder Haber, Hasen-Brot.
Gall. *Coquiole*. A. Bearded wild Oats or klaver.

ÆGILOPS, est Cerris vel Festuca. Ex æc caper & æc
oculus. Sic dicitur quia putatur hæc herba oculorum mor-
bis, qui dicuntur Ægilops, mederi posse. Gall. *fétu*.

ÆGOCEROS, senum Græcum esse putatur. Ex æc
caper, & æcas cornu, quasi dices capricornus. Ipsius
enim filique, capri referunt cornu.

ÆGOLETHRON, est Ranunculus, qui dicitur Flam-
mula: sic vocatur, quod quadrupedes & præfertim capri
inde facile moriantur. Ex æc caper & ætægor exitium.

ÆGYPTIACUM UNGUENTUM, est composicio
valde deteriosa, impropriè unguentum appellatur, nam
neque oleum neque pingue quid illud ingreditur; nomen
ab Ægypti regione traxisse videtur. Gall. *Onguent Ægypti-*
ac.

ÆIPATHIA, idem quod *Aipathia*.

ÆREOLUS seu *Chalcs*, est Veterum Græcorum pon-
dus, pendens grana duo nostratum.

ÆRUGINOSA BILIS, vide *Bilis*.

ÆRUGO, sive VIRIDE ÆRIS, est æris, sive cupri,
mediante quovis acido, in friabile & viride corpus redu-
ctio. Gr. ἡρυγός. B. *Spaang-groen / Hooper-roest*.
G. Kupfser gruen, Span-gruen, Gruen-Span. Gall. *Ver-*
de-gris, verdet. A Verdugrease.

Æs, metallum est, quod in igne quidem fixum satis,
tamen fumans, & aliqua parte volatile, ductile sub malleo,
& in fila subtilia distractile, valde elasticum & tin-
niens, igitur ante fusionem, solvitur facilè ab omni Sale,
viridescent, cœrulescens, & dimisso temere solvente in
fordes abit informes, pristinâ coloris pulcritudine amissa,
unde in aëre & aqua florescit, adeoque in parvos crystallos
mutatur, facilime cum plumbo & antimonio in Scori-
as vitrumve versum, à testa in fumos, vel per testam
abit, coloris est sanguinei ad flavedinem tendentis, & gra-
vitatis respectu aquæ, velut 8843. ad 1000. B. *Hooper*.
G. Kupfster. Gall. *Cuivre. A. Copper*.

ÆSCHYNOMENE, sic vocatur herba impatiens, fei-

noli me tangere , quia tactum humanum non fert , ab
αντεργόνου pudefacio. Gall. *la sensitive*.

ÆSCULUS, potius *Esculus*, est arbor glandifera incerta
 sp̄ciei, dicta, quia ejus fructus seu glandes comeduntur,
 forte ab *αι* semper, & *ιδω*edo.

ÆSTUARIUM, idem quod *Vaporarium*.

ÆSTUS, idem quod ardor, uitio, notat quoilibet fer-
 vores, sive sint externi à sole, pharmaco, igne; sive in-
 terni à febribus & inflammationibus; dicitur etiam de aë-
 ris fervoribus. Gall. *Ardeur*. A. Heat.

ÆTAS, est certus temporis decursus, quem id, quod
 vivit, transgit, & quo evidentem mutationem subiit. Est
 que sextuplex, *Pueritia* nemp̄ ad annum quintum, quæ
 distinguitur in tempus ante, in, & post dentitionem. 2.
Adolescentia ad annum decimum octavum, & adolescen-
 tia propriè dicta ad vigesimum quintum. 3. *Juventus*, à vi-
 gesimo quinto ad trigesimum quintum. 4. *Virilis ætas*, à
 trigesimo quinto ad quinquagesimum. 5. *Senectus*, à quin-
 quagesimo ad sexagesimum. 6. Hanc sequitur *Decrepita
 ætas*, quæ tandem in mortem terminatur. Gr. *Ηλικία*. B.
Ouderdom. G. Alter, Alterthun. Gall. *Age*. A. Age.

ÆTHALES, est sempervivum, sic dicitur quoniam
 semper viret. Ex *αι* semper & *τάλλω* vireo, pullulo.

ÆTHIOPIS, est herba foliis valde lanuginosis, sic di-
 cta, quia ex Æthiopia huc allata.

ÆTHIOPS MINERALIS, est præparatio ex Mer-
 curio, quando nemp̄ duæ florū sulphuris partes cum uni-
 ca parte argenti vivi miscentur : *deinde mixtum accen-*
ditur & pulvis niger remanet : vel paratur, sumendo flo-
 rum sulphuris optimorum drachmam unam, & Mercurii
 drachmas tres, conteruntur in mortario vitro, diu,
 fortiter, donec dispreat argentum vivum, & fiat pulvis
 niger; Pulvis hic inodus, insipidus nullo modo acer,
 nulli rei facile misceri integrè potest : datus intra corpus,
 non valet vasā absorbentia venosa, vel Chylifera vel lym-
 phatica, ingredi, si fortunatō operatur, vermis forte,
 necatis, ano exit, decipiuntur ergo, qui illum ut anti-
 venereum exhibent, vel alios effectus ab ipso sperant,
 damnosos forte producit nimiā copiā datus infantibus,
 puellis & tenuioribus, quia est massa tantum insulsa,
 iners, fossilis, naturæ indomita à summa nigredine Æ-
 thio-

thiopis nomen meruit. Gall. *Æthiops mineral.* A. *Æthiops mineral.*

ÆTILOGIA est causæ explicatio seu ratio de rebus medicam artem spectantibus. Unde *Ætiologica* pars Medicinæ est, quæ causas morborum & sanitatis exponit. Ex *ætia* causa, & *λόγος* ratio.

AËR, Est fluidum valde elasticum, & compressile, grave, infinita & varia in se continens corpora. B. *de Lugg.* Gall. *l'Air.* A. *Air.*

AËR INGENITUS, sive *Innatus*, veteribus dicebatur, qui in cavo tympani in aure hæret, verum per recentiores detectum est, quod renovetur per Tubam Eustachianam. B. *Ingebore luggi* G. *Die mitgeborhne Luft.* Gall. *l'Air qu'on trouve dans l'interieur de l'oreille derriere le Tympan.* A. *Innate air.*

AËTITES, lapis est veluti prægnans, cum quatitur, alio in utero fonante: hujus genera pro diversitate superficie, (scabré sc. vel laevis) colorum, tum materiae inhibiti contentæ, constituantur quatuor. Primum est exterius, scabrum colore vario, plerūmque nigricante: continet in se lapidem *Collum* dictum. Secundum cinerei coloris est, ac in se argillam vel margam continet. Tertium terram in se concudit. Quartum prater hos addit *Plinius* nomine *Taphusium*, qui nostratis incognitus. Primus orientalis est, raroque pruni magnitudinem superat. Secundus & Tertius etiam in Germania juxta *Sweinfurtum* reperiuntur, pugnique magnitudinem sæpe æquant. *Dicitur & Lapis Aquilæ*, quod in Aquilæ nido reperiatur, ad promovendum, ut fabulantur, partum ab aquila eò deportatus, ab æræ aquila. B. *Arent-steen / Adelaer-steen.* G. *Adler-Stein*, Klapper-Stein. Gall. *Pierre d'Aigle.* A. *The Eaglestone.*

AFFECTIO COELIACA, vide *Cæliaca passio.*

AFFECTIO COLICA, vide *Colicus dolor.*

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA, vide *Hypochondriacus affectus.*

AFFECTIO HYSTERICA, vide *Hysterica passio.*

AFFECTIO NEPHRITICA, vide *Nephritis.*

AFFION, idem quod *opium*: dicitur & *Offium*: est & nomen Electuarii ab Indis Orientalibus in Bantam parati ad excitandam venerem & ferociam.

AFFLICATIO, est ægritudo animi cum vexatione corporis conjuncta. Gall. *Affliction.* B 3 AFRI-

AFRICANUS FLOS, vide *Tunetanus Flos*.

AGALACTIA, est lactis defectus, ex a priv. & yea
Jac. B. *Gebrek van zog.* G. Gebrech von Milch. Gall.
defaut de lait. A. Want of milk.

AGALLOCHUM, sive *lignum Aloës*, Gr. ξυλαλοή: est
lignum, cuius frusta raro magna ad nos adferuntur, ut
plurimum enim in fragmentis nobis transmittuntur, nam
ex integra arbore siepe, qua quercu magnitudine non in-
ferior est, vix lib. sem. ligni laudabilioris eruitur, hæc
que optima crescunt nigro-purpurea, venis cinerei colo-
ris intersecta, amara, ponderosa, liquorem, si prunis,
candentive ferro imponantur, exsudantia; aromaticum
& suavem fumum, si incendantur, præbentia, bullulaf-
que simul post se relinquentia, haud ita facile dispares-
tes; his adde haud postremum bonitatis signum, si aquæ
supermatrarent. Dicitur & *Lignum Paradisi*. Nascitur in
Sumatra, Champac vicina Chine Regno regione, & in
Cochin China. B. *Aloë-hout / Paradys-hout*. G. Para-
diesz Aloes-Holtz. Gall. *Bois d'Aloë, ou de perroquet*. A.
Wood of Aloës. Indis, Calambac. Gr. Αγάλλοχον, ab
εργάλλομεν, exulto, gloriō, quod insignem suavemque in
suffitu spiret odorem; nec non oris gratissimum præstet
halitum, viresque roboret. Hinc Chinenses maximè ejus
odoratu delectantur, & quo gratiō amicus, eo melioreū
portionem ipsi offerunt. De *Agallocho* vide quoque *Rho-
dium Lignum*.

AGARICUS vel AGARICUM, est Excrecentia for-
mā fungi nata in trunico aut magnis ramis plurimarum ar-
borum, ut Laricis & veteris Quercūs, duæ sunt species
Agarici, una vocatur foemina, quæ est alba, levis, fria-
bilis, & tenera, habetque rectas intus, pectinum modo,
venas & incisuras; saporis statim post afflumptionem dul-
cis, sed mox in amaritudinem transit, odoris est pene-
trantis; hæc est optima species; altera species, quam vo-
cārunt mas, est flava, compacta, gravis, lignofa, & te-
nax; hæc nihil valet, cœficit plerumque in veteri trunico
Quercūs. Venit ex Italia, nascitur in Sarmatiae regione,
quæ Agaria dicitur, indeque nomen accepisse perlubent;
vel ab Agaro, quem & urbem & annem in Sarmatia
vocari tradit Ptolomæus. B. *Ložken-zwamme*. G.
Lerchenchwam. Gall. *Agarie.* & A. Agarick. Gr. Αγαρικόν.

AGE

AGERATUM, est planta flore monopetalō, persona-
to, infernē tubulato, supernē in duo labia diviso, colore
luteo, folia germinat multa, parva, oblonga, incisa, re-
pentia, faporis amari; semina reconduntur in capsula mem-
branosa; radix ejus fibrosa, parva, slavecens, crescit in
montibus & locis siccis: officinalis est, vox fit ex a priv.
& vñes, senectus, quod Flos colore vix senescat. B. Hÿjn-
bloemen / Motten-kruid. G. Rheyn-blumen, Jung-
ling, Motten-blume, Motten-kraut. Gall. Ageraton. A.
Maudling or Maadling Tansy.

AGERAZIA, est infenescentia. ex a priv., & vñes, se-
nectus. B. Jeugdigheid in oude jaren. G. Gruenend
alter. Gall. Fleurissante vieilésse.

AGGLUTINANTIA, vocantur quae vulnerum labia
deducta conjungunt, & ad perfectam unionem deducunt,
qualia sunt adstringentia & exsiccantia. B. aan malikan-
der lympende of hegtende Medicamenten. Gall. Reme-
des agglutinatifs.

AGGREGATIVÆ PILULÆ, dicuntur ab aggregare:
quia ut inventor Mesue putabat, illis omnes humores ag-
gregantur.

AGNATA TUNICA, idem quod *Adnata*.

AGNINA TUNICA, idem quod Amnios tunica quam v.

AGNUS CASTUS, est *vitex*. Agnus dicitur, quasi
άρνης, sine semine: quod crederent, ab illo Veneris im-
petum cohiberi, adeoque semen in viro infecundum redi-
di, & ne quidem generari, his enim foliis cubitus castitatis
ergo sternebant. Sed άρνης, Lat. est castus, & uni-
cam vocem bis nominant, semel nempē græcē, & semel
latinē. B. Huys-boom. G. Schaffinule & Keuschbaum.
Gall. l'Aignel chaste. A. The Chat-tree.

AGOMPIASIS, vide *Gomphiasis*.

AGON certamen; significat saepe summum vitæ peri-
culum ex morbo. A. a Shiveing.

AGONIA, est timor & animi contristatio ab αγωγίᾳ,
anxius sum, sive potius illam horrendam hominis condi-
tionem, quā summā anxietate oppressus, semet ipsum per-
ferre non potest, & morti quam proximus est. B. Θροf-
heid. G. Traurigkeit, unmuth. Gall. Agonie, combat,
Angoisse. A. An Agony.

AGONIA seu ATENIA, est sterilitas, quae est mulieris viro u-

LEXICON

24

tentis ad concipiendum ineptitudo, dicitur & ἀφορία ab a
privat. & φέρω fero, porto; si à parte Viri, sit vel ex viti
membrī genitalis, vel feminis ipsius mala qualitate, vel de
fectu; in feminis à mala uteri vel aliarum partium concep
tui inservientium mala dispositione vel conformatioне. B.
Onbevugt heid / Zadeloosheid. G. Unfrichtbarkeit.
Gall. Sterilité. A. Barrenness, unfruit-fulness.

AGONIZARE, dicuntur, qui ex superante vi morbi
& viribus vitae prostratis efflendo animam proximi sunt ab
ἀγώνισμα certamen. Gall. Agonizer.

AGRESTA, vide *Omphacium*.

AGRIA, est *Agrifolium*.

AGRICANTHA, est *Cardui feri sylvestris* species, ab
ἀγριός ferus, & αγαντα carduus.

AGRIELÆA, est *Olea sylvestris*, ex ἄγριος sylvestris,
& οἰλεῖα Olea.

AGRIFOLIUM sive *Aquifolium*, est frutex qui cres
cit saepè ad arboris altitudinem, ejus trucus & rami sunt
flexiles, habentque duplicem corticem, viscosum griseum
aut viridem externè, pallidum internè, odoris ingratius;
lignum est durum, compactum, ponderosum, album in
sua substantia, in interiori parte nigricans; habet folia in
ambitu longa, *Laurum* referentia, acuta, rigidis spinis armata,
semper virentia, baccas parvas, rotundas, rubras,
quaterna semina triquetra continentur: Fortè ab ἀγριόν
venor, quia ejus glutine aves capiuntur. Vel ab ἀγριόν fe
rus sum, idque propter folia spinis acutis horrida. Refe
runt *Cefalpinus* & *Dodonæus*, quod frutices hi, ubi ve
terascunt, aculeos deponunt, & folia horum loco produ
cunt similia *Lauri* foliis. B. Hulst. G. Walddisiell, Stech
palmen. Gall. Houx. A. The Holly-Three.

AGRIMONIA, sive *Eupatorium Græcorum*, est herba
officinalis cum foliis pinnatis, nervosis, rugosis instar *Pim
pinellæ*; floribus hexapetalis rosaceis, in spicam conge
stis; florem fructus sequitur exiguis, qui binum vel fo
litarium semen continet. Radix perennis est, longa, me
diocriter crassa, nigricans: nomen accepisse videtur, quia
sibi in agris alimoniam querit, vel quod nomen obtinuit
ab *Argemone*, cuius etymon vide in *Argemone*. B. Agr
imonie / lever-hruid. G. Ondermeuig, Bruchwurtz. Gall.
Agrimoine. A. Agrimony.

AGRI-

AGRIMONOIDES, est Agrimonæ species, ex Agrimonia, & in forma differt verò, quod flos non sit ita congeftus, neque fructus ita hispidus, & non duo uti in illa dantur, saltē unus.

AGRIOCARDAMUM, est Nasturtii aquatichi species; ex αγριον sylvestre, & nasturtium, vide Iberis.

AGRIOCASTANUM, est Bulbocastanum, ex αγριον sylvestre, & καστανον castanea.

AGRIOCINARA, est Articocalus sylvestris ex αγριον sylvestris, & cinara.

AGRIOCOCCIMELEA, est Prunus sylvestris, ex αγριον sylvestris, μηλον bacca, Prunus, & μηλον malus.

AGRIOMELEA, est Mali Cydonii species sylvestris, ex αγριον sylvestris, & μηλον malus.

AGRION, dicitur Peucedanum. αγριον sylvestre est, quia fortè sylvestria, & montosa amat loca.

AGRIOPASTINACA, est Saxifraga Candia, ex αγριον sylvestris, & pastinaca.

AGRIOPHYLLON, dicitur Peucedanum, ex αγριοн sylvestre, & $\phi\lambdaλον$ folium.

AGRIORIGANUM, est Origanum sylvestre, ex αγριοн sylvestre, & origanum.

AGRIOSELINUM, est Ranunculi species, ex αγριοн sylvestre, & selinum.

AGRIOSTARI, est frumenti sylvestris species, ex αγριοн sylvestre, & $\tauαχον$ farina triticea aqua subacta.

AGROSTIS, graminis species, ab αγρεс rus , ager, ita dicta, quod ibi proveniat.

AGRIPPA, quasi ÆGRIPPA , ab ægro partu dicuntur, quorum nascendo non caput, sed pedes primi exierunt. Fuerunt autem multi sic appellati, quorum unus fuit Menius Romanus cognomento Lanatus. Alter Sylvius Agrippa duodecimus Latinorum Rex; etiam Marcus Agrippa, Augusti genere, & Herodes Agrippa, Herodis primi Judæorum Regis filius. B. $\text{En kind dat in't baren niet de voeten voor komt}$. G. Ein Kind dasz mit dem fuessen vor auss kommt. Gall. $\text{Un enfant qui se presente dans l'accouchement par les pieds}$. A. A Child that is with te feet for out borne.

AGRYPNIA, sive **PERVIGILIUM**, aut **VIGILIAE NIMIAE**, & **COMA VIGIL**, est cum somnus diu inter-

rumpitur, per aliquot dies, vel per aliquot menses, vel ut dicitur, Anmos. Alii ex somno irrequieto sæpius evigilant, & per aliquot temporis spatum redormire non possunt. Sunt quoque sani, qui parumper dormiunt, diu vigiles: at in omni pené dolore vigilie urgent, & in plerisque febribus & morbis aut pervigilium est, aut irriquetus somnus; in primis ubi levissimæ inflammationis cerebri prima initia, quibus auctis in coma mutatur sæpe; senes item sæpe molestis vigiliis fatigantur, quas etiam efficiunt ira, tristitia, sollicitudo, gaudium, meditatio, metus, lusus &c. B. Waken / Waking / Sla peloosheid. G. Wen man nicht schlafien kan. Gall. Insomnies. A. Watching, Waking. Componitur vox Græca ex α priv. $\sigma\pi\nu\gamma\circ$ somnus.

AGRYPNOCOMA, ex $\sigma\pi\nu\gamma\circ$ somnus, & $\nu\mu\nu$ sopor inordinatus, idem quod *Coma vigil*.

AGYNOS, est Agnus Castus. Ex α priv. & $\gamma\beta\gamma\eta$ foemina: hoc est, qui sine uxore aut concubina vitam cælebs transigit.

AIGINE, idem quod Caprifolium, ab $\alpha\gamma\zeta$ caper.

AIGIROS, est arbor Populus dicta, ab $\alpha\gamma\zeta\epsilon\omega$ experge facio; quia folia, ob tremulum motum vigilare semper videntur.

AGYRTA, **CIRCULATOR**, sive **CIRCUMFORANEUS** qui medicamentis empiricis vendendis se dicat, ea que morbo cuivis absque ratione ulla expellendo valere jactat, hincque lucri gratia populum in foro congregat, ab $\alpha\gamma\zeta\tau\omega$, *populum* conGrego; olim ita vocabantur *Præstigiatores*, qui divinâ quâdam virtute, carminibus, & saerificiorum mysteriis, se morbos infligere; inflictedos quoque curare, & si quid sceleris esset commissum à divitiis, eorumque proavis, id magicâ sacrificiorum celebriitate, suffimentorumque odore expiare, eorumque inimicos, tam fontes quam insontes, carminibus oblædere posse, gloriabantur. B. Een Quatzalver / Beun-haas / een Jan potagie / etr. G. Landsährer, Landsreicher. Gall. un charlatan, un bastleur. A. A quak-falver, a mountebanke.

AHENUM, est vas cupreum, vel ferreum, medicamentis coquendis & destillandis destinatum, dicitur & *Cucumia*. B. Een ketel. G. Ein Kessel. Gall. une chaudiere, un coquemar, un chaudron. A. A Bras-kettle.

AIPATHIA, vel **ÆIPATHIA**, est perpetua passio, seu

seu continua patientia, ab *αιτι* semper, & *πάθος* passio.

AISTHESIS, sive sensus, estque *externus*, ut visus, auditus, odoratus, gustus & tactus, hisce addunt sitim, famem, & coëundi appetitum. Vel *internus*, ut vulgo sensus communis, phantasia, memoria, judicium, ratione-
cium &c. *Aisthesis* cum *externus* est sensus, est recep-
tio, quâ motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervo-
rum impressus, sensorio communi, seu animæ, median-
tibus spiritibus animalibus in nervis existentibus, commu-
nicatur, ab *αἰσθησι* sentio. B. *De zin/ bevattung*.
G. Die sinn, empfindlichkeit. Gall. *Sens*, ou *sensations*.
A. The sense.

AISTHETERIUM, est sensorium commune, ab *Ari-*
stotele dicitur *τὸ πεῦτον αἱσθητὴρ*, quod *Cartesius*, aliique
hujus aſſeclæ plures glandulam pinealem esse volunt: ve-
rum sensorium commune debet esse, ubi sensuum exter-
norū nervi terminantur, qui non in glandulam pinealem,
sed (ut ingeniosiss. *Tb. Willius* demonstravit) circa initium
medullæ oblongatae in corpore striato, suum termi-
num consequuntur; vel si nervos continuationes ramorum
arteriarum juxta nonnullos ponamus, ad eorum exortum
communem sensorii sedes ponenda erit, adeoque ubicun-
que cerebri corticalis substantia est, erit aſtheterium. Et
ſi rectius philosophari velimus, erit anima nostra ipſe sen-
ſuum terminus. Gr. ab *αἰσθησι*, sentio. B. *De gemee-*
ne zin-plaatg. G. Allgemeine platz der Sinnen. Gall. *le*
senſor commun. A. The common sensory.

AJUGA, est *Chamaepytis*, dicitur & *abiga*. Fortè, qua-
si sine jugo, quia abortum concitat. Vide *Iva* & *Abiga*.

AIZOON, est *Telephii* & *Sempervivi* species, que diu
in vivis persistunt, ex *αιτι* semper, & *ζωή* vivum.

AL, est particula Arabica, que nominibus in principio
ſepe apponitur, ad rem nempē exaltandam, ut in Alcali,
Alchymia, Alhandal, Alkekengi, &c. idem sonat ac He-
braeorum *Ha* & Belgarum *De / het*. G. Das, die. Gall.
Le, la. A. A, the &c.

ALABASTRI, sunt folia illa viridia herbacea, que flo-
res nondum explicitos sepunt. B. *Hnuppen*. G. Knoepſſe.
Gall. *Boutons*. A. Button. In Mineralogia *Alabaster* seu
Alabastrites lapidem certum denotat, qui & unguentum
Alabastritis ingreditur. Vide *Alabastrites*.

ALA.

ALABASTRITES, est species marmoris, verum ipso mollior. Hic est ita mollis, ut culto scindi possit, & est id lapidis genus, è quo varia torna funguntur vasā. Unguentum ingreditur Alabastrinum. Gr. Ἀλαβαστρίνης, Alabastrum. B. Alabaster. G. Alabaster-stein. Gall. de l'Alabâtre. A. Alabaster.

ALANA TERRA, vide Tripolis.

ALÆ, dicuntur nasi Latera. B. De Nens vleugels. G. Beyde seitlein zue unterst ander-Nazen. Gall. les Cotés des Nârines, ou les Ailes du Nez. A. Winge of the nose. Item Nympharum pinnulæ, seu labia pudendi mulieris, πτερυγόματα, μωροχέλα, κενηνοι. B. De Drouweijkhieds Lippen. G. Die lippen an der Frauenscham. Gall. Ailes des parties honteuses de la femme, les levres. A. The wing of the privie parts of a woman. Alæ, etiam dicuntur pulmonum lobii. Gall. les lobes du Poumon. Item, superior auris pars elata. B. Het opperste des Oors. G. Das Ohrläpplein, fluegel des ohrs. Gall. L'Aile de l'Oreille ou la partie supérieure. A. The wing of the eare. Item axillæ. Gr. μωροχάνα & μάλη. B. De ore. G. Die achsel. Gall. Aiselle. A. The armhole, the armpit. Item processus ossis sphænoidis. B. De vleugels wylse mit steelkels. G. Die Flugeln von das keilbein. Gall. Ailes des Apophyses de l'os sphénoïde. A. The wings of the wedgebone. Item alæ vespertilionum alis similes, vide Vesptilionum alæ. Item Myctaces, vide Myctax. Item planitarum cavi inter caulem & raniulos anfractus, unde sinuatum nova proles egreditur, facta ab humanis translatione, dicuntur.

ALARES MUSCULI, vide Pterygoides.

ALARIA OSSA, sunt processus Pterygoides ossis Sphænoidis. Gall. Apophyses Pterygoides.

ALANTOIDES, vide Allantoides.

ALATERNUS, est arbuscula semper virens, cuius folia alterna, semper virentia, oblonga, satis magna; calix tubulosus profundè, quinquifidus, instar stellæ expansus; ex parte interna calicis ex interstitiis segmentorum, flos monopetalus, infundibuliformis, quinque partitus, quasi stellæ in modum expansis segmentis: ovarium in fundo imi calicis, donatum tuba erecta trifida, sit bacca mollis, succulenta, post maturitatem nigra, fæta ternis seminibus gibbis ab una parte, ab altera angulis:

tis : an derivetur ex Italico sermone *a*, id est ad, & *Lintero*, Italiæ fluvio, cui forte adnascitur ; vel ab alterno, quia folia ejus alterno ordine in caulinibus sunt disposita.

Gall. *Alaterne*.

ALBADARA, est arabica vox, significatque ossiculum majus pollicis articulo ad metatarsi ossis caput appositum.

ALBA PITUITA, idem quod *Leucophlegmatia*.

ALBARAS NIGRA, vide *Lepra Græcorum*. *Albaras alba*, vide *Leuce*.

ALBINUM, est *Gnaphalium marinum*, sic à lanugine alba, dictum.

ALBUGINEA oculi, Est membrana, quæ obducit partem anteriorem & hemisphæricam oculi, scleroti firmiter adhæret, videtur tantum esse expansionem tendinosam quatuor muscularum oculi, quæ circa Corneam valde attenuatur, & in ipsa quasi evanescit, an sit eadem, quæ adnata, videantur Anatomici : datur & altera similis membrana Albuginea dicta, testem obvolvens immediatè, robusta est, arctè cum substantia testis cohærens, vasa spermatica recipit, & ad testes transmittit. B. 't Witte vlees. G. Das Weisse auegen hautlein. Gall. *Membrane albuginæ*.

A. The white coat of the eye.

ALBUGO oculi, idem quod *Album oculi*. Item macula alba in tunica cornea, vel ab humoribus, vel à cicatrice aut exulceratione, excitata. Gr. λευκωμα, & ἄρις. B. *Den witte oog-vlek*. G. dar weisse augenfell. Gall. *Une tache blanche à l'œil*. A. White spots in the eyes.

ALBUM CANIS, est sterlus album canis, quod sub Canis sydere legebatur æstivis summis ardoribus. vel dicitur *Album Græcum*. uti sterlus murium dicitur *Album Nigrum*.

ALBUM OCULI, dicitur, ubi tunica adnata seu albuginea scleroti tunicae adnascitur. B. *Het wit van 't oog*. G. Das weisse in augen. Gall. *Le blanc de l'œil*. A. The white of the eye.

ALBUM RHASIS, unguentum est, ita dictum à colore albo, & ab Autoris nomine. Rhasis enim insignis fuit Medicus ex Arabum familia.

ALBUMEN OCULI, vel **ALBUGO**, λευκάς, σφινδόνης. οὐκ λάπιον. Idem quod *Album oculi*.

ALBUMEN OVI, liquor albus, lensus, vitellum undique

que cingens, externè duabus tunicis investitus, membranis in plurimos orbiculos separatos distinctus, veluti capae bulbus, per quos chalazæ dispersæ, nutrimentum pullo adserunt, recens si est, igne concrecit in duram materiam, sed incubatu redditur fluidissimus, tenuissimus, volatu exhalans, non concrescens igne, sed putrescens, fitque sic aptus alendo foetui. B. *Wit van het Ee*. Gall. *le Blanc ou le glaire de l'œuf*.

ALBURNUM, est mollis, ac pessima ligni pars cortici proxima, ab Albore dicta est Plinio, adipi in homine respondet. B. *Sprint*. Gall. *l'Aubour, ou Aubier* (*le blanc & la partie la plus tendre entre l'Ecorce & l'Arbre*).

ALCAHEST vel ALKAHEST, ac si dices Alcali est. Describunt esse generale resolvens, perenne & immutabile, quod reducit omne corpus visibile in liquorem sui concreti, servatam seminum potestate, forma essentia & nativa integra. Magni nominis, si modo paris effectus, quem quisque suo processu tribuit. Nonnulli in mercurio variè præparato illud querunt, alii in Tartaro, ejusve præparatis: in alcali fixato nitri, ut Glauberus, vel in acerrimo aceti spiritu ab aerugine destillato, ut Zwelferus, & alii in aliis, sed talem dari liquorem, vel universale menstruum omnino impossibile videtur. B. *Een algemeen schei-vogt*. G. Ein algemein scheidfeucht. Gall. *Un Alcahest, dissolvant universel, un Menstrue universel*. A. A generall disolventer.

ALCALI, Est sal, fixus, aut volatilis. Quod extrahitur e cineribus vegetabilium vel animalium aperto igne combustorum, vel calce cuiusdam materiae per lixivium elixatum, cognoscitur. 1°. Ex ortu suo ignis, putrefactionis, naturæ ope. 2°. Ex materie sua, vegetabili, Animali, Fossili. 3. Effectu effervescentiae cum acidis; præcipitationis; coalitus cum oleis, solutionis imprimis sulphuris: mutationis coloris Heliotropii, Rosarum, violarum, in viridem colorem, qui cum acidis in rubrum, sapore ipso, doloris urentis excitatione. Sal illud Alcali nomen ab herba *kali* accepisse affirmatur, cuius sale *Ægyptii* ut & nostrates vitrum conficiunt, Vitriaris *souda* appellatur. Alcali triplex accipitur. Nempe *Alcali Volatile*, uti conficiuntur ex animalibus, sal sc. cornu cervi, urinæ &c. *Fixum*, quod ex cineribus plantarum elicetur,

³

citur, uti sal absinthii, tartari &c. *Metallicum & Petros*. Metalla enim & lapides cum acidis menstruis effervescent, & dissolvuntur & hoc respectu haec cum alcali tantum congruent, inde tamen alcalia non dicenda. Hisce addunt Alcalia mixta, ut sunt nitrum, alumum, vitrioli genera, sal fossile & marinum &c. quae ex acido & alcali participant. B. *Zuiver Zout*. G. *Aischen-Saltz*, *Kalck-Saltz*, *Sæuber-Saltz*. Gall. *Sel alcali*. A. *Alkali*.

ALCALISATIO, est, quando verbi gratiâ spiritus vi-
ni alcali quovis imprægnatur, ut menstruum evadat magis
dissolvens.

ALCANNA, est Anchusa Monspessulanæ floribus pu-
niceis radix tenuis, longa, lignosa, rubra, roseo colore
tingens, saporis adstringentis. Ex radice Indi cum calce
viva extrahunt Tincturam, cum qua dentes & unguies ru-
bro colore tingunt, etiam crines equorum, in aquosis non
facilè extrahitur ejus color, sed in oleosis dat colorem seu
tincturam rubram. B. *Alkanne Woztel*. Gall. *l'Oranet-*
te. A. *Gastern* privet.

ALCE, ALCES, Gr. ἀλκη, id est vis & robur. Nomen
animalis robustissimi, cervo majoris, cuius ungula in usu
Medico est. Gall. *Elan*, ou suivant d'autres une *Ane sau-
vage*. A. an Alk.

ALCEA, est Herba, cuius caules villoso, asperi, me-
dullam fungosam habentes, folia malvae, magis divisa,
villosa, caulibus longis adhaerentia; semina latiora, in
capitula congesta; reliqua *Malvis communia*. Dicitur ab
ἀλκη robore, auxilio, remedio, quod fortiter dysentericis
ac ruptis medeatur impositum. B. *Sigmaarts-kruid*.
G. *Sigmars-Kraut*, *Sigmunds-Wurtz*. Gall. *Malve san-
vage ou Alcée*. A. *Vervain Mallow*. Dicitur etiam *Simeo-
nis herba*.

ALCEDO, ἀπὸ τοῦ ἐν ἀλ κει, quod in mari pariat illa
avis species. Gall. *Alcyon*, petit Oiseau qui fait son nid
sur la Mer par un temps calme.

ALCHEMIA, idem quod *Alchymia*, vide *Chymia*.

ALCHIMILLA, est planta cuius folia ex radice erum-
punt, caulibus longis adhaerent, & ferrata sunt; calix in
octo vel novem segmenta fissus superiorius, inferius tubulo-
fus est satisque amplius, segmenta quatuor majora, quatuor
minora, in stellam expansa: caules parvi, rotundi, vil-
losi,

losi, ramosi; flores in summis caulibus habent staminia quatuor, & in umbellam dispositi sunt; ovarium in fundo Calicis tubam emittit apice sphærico donatam; calix fit capsula continens bina plerumque semina, parva, rotunda, flava; Radix longa, digitum crassa, externè nigra, fibris instruēta. Vocatione *Pes Leonis & Stellaria*, sic appellatur, quod Alchimistarum præconii sit celebrata. *Pes Leonis* dicitur, quod folia habeat instar Leonini pedis lata & rotunda. B. *Onzer D'ouwen Mantel*, *Leuwen-boet*, G. *Synnauw*, *Leuwen-Fusz*, Gall. *Pié de Lion*, A. Ladies mantell.

ALCHYMIA, seu **ALCHEMIA**, est propriè illa, Chymiae pars, quæ agit de metallorum transmutatione, sive depuratione, quâ metalla ignobiliora (cruda & immatura iuxta Chemicalos) in nobiliora & matura ope artis rediguntur. Venit ex *Al* particula intensiva & χ^{ω} fundo. Gall. *Alchymie*. A. *Alchymy*.

ALCIBIADIUM & ALCIBIUM, est Echium, sic dictum, quod Alcibiūs quidam primō herbam illam aduersus viperarum morsus invenerit.

ALCOCALUM, est *Cinara* sive *Articocalus*, fortè ab $\alpha\lambda\kappa\eta$ robore & $\kappa\alpha\kappa\alpha\lambda\sigma$ pini fructus, idque ob pini fructus figuram & unguis squamosos.

ALCOHOL, **ALCHOOL**, **ALCOOL**, **ALKOL**, **ALCOL**, vox origine Arabicā, est purior substantia rei segregata ab impuritate sua. *Alcohol* significat pulverem subtilissimum & impalabilem. Interdū spiritum fermentatione productum, rectificatissimum, ita dephlegmatum, ut accensus ardeat, donec totus consumatur, nihilque fæcum, aut phlegmatis in fundo remaneat. B. 't *Substijste / en 't pit van iets*. G. Das feinste von ein Ding. Gall. *l'Alcohol*, *Le plus subtil de quelque chose*. A. The purer substance of any thing.

ALCOL, idem quod *Alcohol*.

ALCOOL, idem quod *Alcohol*.

ALDABARAM, vocantur duo officula sub pollice pedis posita & minori fabæ quadantenus similia.

ALECTORIUS, est lapis, qui in ventriculis vel Hepate Galli gallinacci reperitur.

ALECTOROLOPHOS, est herba pratensis, cui nomen *Christa galli*. Ex $\alpha\lambda\kappa\tau\omega\eta$ gallus, & $\lambda\phi\sigma$ crista, dicitur quoque

quoque *Fistularia*, *Pedicularis*, & *Mimulus*. B. *Rattle*.
len / *Hane-Stammekens*. G. *Rödel*, *Leufz-Kraut*. Gall.
Crête de cocq. A. *Cocks-comb*, or yellow Rattle.

ALEM BICUS seu ALEM BICUM, vel CAPITEL LUM, seu GALEA. Putatur derivari ab articulo Arabicō *Al*, & Græca voce *αλεβίς*, vasis species : est instrumentum chymicum, quod cucurbitis & vesicis destillatoriis operculi vice superimpónitur : habet formam galeæ, intus concavam, extus convexam. Circa infimam partem rostrum habet cubitale, per quod vapores descendunt. Si sine rostro fuerint, usum potius in vasis circulatoriis obtinent, & Alembici ceci vocantur. Gall. *Le rencontre*. Conficiuntur ex ære, stanno, vel vitro. Alii pro ipsa cucurbita sumunt : iterum alii pro cucurbita capifello simul juncta. B. *Een helmt/ een alambick*. G. *Alembick*, *Helmi*, *Rosenhuet*. Gall. *Alambic*. A. *An Alembick or Still*.

ALEPHANGINÆ, vel ALOEPHANGINÆ PILULÆ, est vox Arabica, significans rem odoratam ; compo- nuntur enim hæ pilulæ, in officinis prostantes, ex Aloë, & plurimis aromatis.

ALTERCUM, herba venenata, ab altercationibus, quas animo inducit, dicta. Vide *Hyoscyamus*.

ALEXICACON, est Amuletum venenis resistens. Ex *Alez* opem fero & *nardo* malum.

ALEXIPHARMACA, ἀντιδοτά, ἀντιδόται, Αλεξιφάρμακα, Αλεξιθέα, θεραπεία, dicuntur medicamenta, quæ valent inerter reddere qualitates veneni cuiuscunque, quibus nocet corpori, licet hæ minus cognitæ ; sed nulla talia Alexipharmacæ generalia dari posse patet evidenter ex historia venenorum : sunt tamen ut plurimum ea, quæ obliniunt suā oleositatem, diluunt suā aquā, vel immutant veneni partes peculiari virtute, vel quæ sanguinem attenuant, ne à veneno coaguletur, ut volatilia omnia & acidum concentrantia ab *αλίχεια* arceo & *φλεγμανι* venenum. B. *Een Tegen-gift*. dicitur etiam *Antidotus* & *Alexiterium*. G. *Arzney wider Gifft*. Gall. *Preservatif, contrepoison, antidote*. A. *Medecines or Antidotes against poysion*.

ALEXIPYRETICUM, & ALEXIPYRETUM, &
ANTIPYRETUM, idem quod *Antipyreticum*.

ALEXITERIUM, est remedium, ne venenum fuscipatur, corpus conservans, ab ἀλιξι arceo, & ῥηγμῷ contervo, vel ut aliis placet à θηρίᾳ fera, quod morsibus animalium medeatur. Idem notat, quod Alexipharmacum, illa terminatio Græca ῥηγμός in multis aliis nominibus Græcis occurrit, & merè est paronymica nullam compositio-
nis speciem constituens. B. En tegen-gift. G. Arkney wider Gifft. Gall. Preservatif, contrepoinſon, antidote. A. Medecines or Antidotes against poſon.

ALGA sive FUCUS, est vegetabile marinum & palustre, cuius variæ dantur species, quædam habent folia instar graminis, aliæ infar capillorum; usitator verò habet folia pedem unum vel alterum longa, mollia, tenuia plus minusve, alba, vel rubra, aliquando viridia; reperiuntur ut plurimum circa littora maris, & imprimis Mideranei. Dicitur vel ab aquæ algore, sive quod pedes alliget, quia crassa est, & foliis ex parte supernatet: vel quod se ad conchas lapidesve alligat, ab alligando. Gr. φύκη θαλασσινή, vide *Fucus*. B. Wiert. G. Meer-Grasz. Gall. Algue. A. Grasse wrack-Seaweed.

Αλφιτίδη, ab ἄλφιτον, farina, est ossium fractura in modum farinæ.

ALGEMA, & ALGEMATODES, ab ἄλγη doleo; Idem quod *Dolor*.

ALGEROTH est pulvis albus, insipidus, ponderosus, factus ex butyro vel oleo liquefacto, depurato, Antimoniī, quod aquæ puræ instillatum, præcipitatur in talem pulverem; qui nihil habet omnino Mercurii in se, sed purissimum stibii Regulum; datus ad grana duo vel tria violenter emeticus, est. Gall. Poudre d'Algaroth, ou Mercurie de Vie.

ALHANDAL, vide *Colocynthidis*. Alhandal est nomen Arabicum *Colocynthidis*, quod imponitur Trochiscis de *Colocynthide*.

ALHASEF, idem quod *Hydroa*.

ALICA, potionis genus est, quod etiam ξένη dici-
tur, ab alendo, quod multum nutriat. Significat in ge-
nere granum, sed quid propriè sit, an res factitia an na-
tiva aliqua seminis species, non adeo planum est, Hip-
pocrates factitium quid esse immuere videtur cum Alicam
& Ptisanam junxit, & inter sorbitiones fortiores retulit.
Galla

Gall. Sorte de breuvage, ou de mets, fait avec une espèce de froment appellé Zea. De la fromentée, comme qui diront du Ris & du Gruau.

ALIFORMIS, est epitheton processuum binorum ossis cuneiformis ad palati latera occurrentium, à similitudine alarum vespertilionum vid. Ala & Pterygoïdes.

ALIFORMES MUSCULI, seu **ALARES**, & **PTERYGOIDEI**, dividuntur in externos & internos; vide Pterygoïdes B. *De Vleugel-spieren*. G. *Der Fluegeln Mausz*. Gall. *Muscles pterygoïdes*. A. *The Pterygoide muscles*.

ALIFORMES PROCESSUS, vide Pterygoïdes.

ALIMENTUM dicitur *Potus & Cibus*. Estque talis materia, cuius particulae minimae assimilatae nostris liquidis animalibus & inquiliinis, facile canaliculos nostri corporis subire, permeare, lateribus applicari, & adhaerere iis possunt, totumque corpus restituere quoad Solida & Fluida, ac proin nutritre. Respectu graduum, ab Hippocrate tripliciter accipitur; unum *Futurum alimentum*; quod ab ore in ventriculum delabitur: aliud *Quasi alimentum*, nimurum sanguis arteriosus & succi cerebrales seu nervosi. Tertium, *Verè alimentum*, quod appositi partibus agglutinatur, & tandem assimilatur. Gr. *Τροφή*. B. *Spizze / Voedsel*. G. *Rahrung, Erhaltung, Ernährung*. Gall. *Nourriture, Aliment*. A. *Meate, nourishment or food*.

ALINDESIS, est Corporis exercitatio, quā oleo uncti se in pulvere olim voluntabant, ab ἀνδέω volvo, vel ab ἄλω voluto.

ALIPTA, vocabatur olim ille, qui Athletas intingebat.

ALIPASMA, est pulvisculus, qui oleo commissus, ad cohibendos sudores inungitur, ab ἀλιφῷ inungo.

ALISMA, est *Saponaria*, sed aliis *Plantago aquatica* vel potius *Doronici* species. Dicitur quasi ιπα τὸς ἄλεις quod virus venenatorum animalium debellare novit; vel παρὰ τὸ ἀλεῖται καὶ ιπα; quod sciat propulsare venenum leopardis marini & ranæ rubetæ, opique. Gall. *Plaintain des Montagnes*.

ALITES, seu volucres, ab alis gerendis, vel ab aliis eundo dictæ.

ALITURA, est actio corporis vivi, quā perpetuus,

sanguinis, spiritus, substantiaeque defluxus, ope succi alimentarii novi, preparati & in partes aleandas impulsi, continuò instauratur. Gr. Θερμία, B. *Hedding*. G. Das Ernährung. Gall. *la Nutrition*. A. Nourishment or Food.

ALKAHEST, vide *Alcabeſt*.

ALKALI, vide *Alcali*.

ALKERMES, est Confectio composita ex variis simpli-cibus, gratissima, magno hodiè in usu, viribus Cardiacis famosa, sit cum vel sine Moscho, illa viris, haec mulieribus convenientior, sit quoque sine Ambra.

ALKEKENGİ, sive solanum vesicarium, Halicacabum vulgare, habet caules exiguos, rotundos, rubicundos, in multos ramos exiguos divisos, folia solani, sed majora; calicem tubulosum, campaniformem quinquitidum, instar vesicæ supra conniventis, excrescentem, qui per maturitatem fit pericarpium; flores monopetalos, rotatos, quinquifidos, staminibus quinque præditos; ovarium ex Placenta ad finem pedunculi, intra calicem natum, tuba longa, gracili, apice globoſo prædicta instructum, fit fructus mollis cerasi formæ (qui tectus latet in vesica membranacea ex calice dilatato) per maturitatem rubens, saporis acidiusculi aliquantulum amari, continens sub tenui pellicula pulpam globosam, & flavescentem, in qua hærent semina compressa, subrotunda, rugosa, plana, saporis subacris, subamari, odoris nullius evidenter: Radix parva, alba, repens. Alkekengi vox Arabica. B. *Strikkjes van over Zee*. Gall. *le Coqueret, ou l'Alkekenge*. A Winter-Cherry.

ALLANTOIDES, est tunica urinaria, *Farciminalis dicta*, inter amnion & chorion collocata, est tenuissima, tenerior Amnio, multo pellucidior, ad tactum delicior, aëris flatui minimo cedens, figure ovalis, nulis vasis sanguineis huc usque viisis prædita; totum fætum non obvolvit, sed solam partem Chorion respicit; neque ad totam Placentam extenditur; protendi enim nequit, ultra margines Placentæ, ubi Amnios & Chorion tam arcte fibris connectuntur, ut nulla membrana inter eas adesse possit; recipit liquorem urinosum, à fœtu secre-tum, & in ea senim manantem ex vesica per umbilicum & urachum, ab ~~αλλάς~~ farcimen, & ~~αλλός~~ forma: nam in plerisque brutis farciminis instar figuratur; Latinis *Far-*

cimi-

riminalis tunica. B. *Pig-vlies / Wurst-vlies.* G. Harn-Hæutlein, Wurst-Hæutlein. Gall. *Membrane Alantoide.* A. The urinary membrane so called.

ALLELUJA, est *Oxytriphyllum* sive *Trifolium acetosum*, sic appellatur, quia quando primum è terra folia emit-tit, eo tempore in Ecclesiis canticum Alleluja cantari solebat. B. *Hockochr-blod / Blaver-zuring.* G. Sauer-Klee, Buch-Ampfer, Gruckgauch-Klee, Hafen-Klee, Mahler-Kraut. Gall. *Pain de Coucon, Alleluia.* A. Wood-forrel. vid. *Acetosella.*

ALLIARIA & ALLIARIS, est herba, quæ trita *Allium* olet, vide *Allium*. B. *Look zonder Look.* G. Knoblauch-Kraut, Leuchel, Saft-Kraut. Gall. *Herbe des aulx,* vel *Alliaire.* A. Sauce alone, vel jache by the Hedge.

ALLIUM, est Planta Bulbosæ grave glens: quæ habet folia longa, plana, non cava; caulem rotundum, polatum; florem hexapetalum, pedunculo longo sustentatum, in fasciculum globosum collectum, parvum, sèpè destitutum ovario, si modò mas sit, aliquando ovarii specie & tubâ instructum: Ovarium intra florem sit fructus, subrotundus, trilocularis, plenus seminibus subrotundis, sèpè autem ovarium solitarium globosum, pellicula obvolutum, specie bulbi hæret ad unum pedunculum floris, masculi factor est olidus in omni parte plantæ: Radix hujus plantæ est tunicata, bulbosa, ex multis nucleis constans: integer bulbus nondum fractus, nullum odorem spargit, sed demùm ubi fractæ squammulæ sunt, odorem acrem fundunt: venit à Greco verbo ἄλισται exilire, quod nimirū exiliendo crescat, vel ab ἀλάσσω muto, quod anhelitum mutet, & alterare faciat, gravem enim odorem spirat. Gr. Αγλίδιον, Συρόδον, Ολικία, vide *Scorodon.* B. *Look.* G. Knoblauch. Gall. *Ail.* A. Garlick.

ALLIOTICUM, est medicamentum Galenicum sanguinem alterans & purificans; coctum ut plurimum ex *rad. taraxici, cicborei, fæniculi, passulis, Herb. endiv. bellid. lactuc. acetosifumar. &c.* ab ἀλλισσώ, altero, vario. Lat. *Decotum alterans.* B. *Een verander-drank / Meti-drank / Bloedzuiverende drank.* G. Ein Blut-reinigend Dranck. Gall. *Potion alterante pour purifier le sang.* A. The altering potion.

ALNUS, est arbor mediocris magnitudinis, erecta, C 3 cuius

eujus truncus habet corticem asperum, fragilem, nigricantem, lignum tenerum, flexible, rubicundum, leve, facile in terra corrumpens, sed ferè nunquam in aqua, unde pro fundamentis aedificiorum optime inservit; ramos molles, teneros, cortice externè griseo, internè flavescente tectos, saporis amari, ingrati cum quadam adstrictione; folia subrotunda, dentata, viridia, splendentia, viscosa; fructus squamosus est, sub squammis recondens feminina rubicunda & compressa: crevit hæc arbor in locis paludosis. Dicta ita quod amne alatur. Vel ab $\lambda\alpha\sigma$ palus, quia juxta paludes succrescat. Gr. κλήθη & κλήτη ab $\chi\delta\omega$, frango: Vel ab alendo, quod facilè alatur, & in altitudinem affurgat. B. Elzenboom. G. Ellern-Baum, Erlen-Baum. Gall. Aune. A. The Alder-tree.

ALOE, est planta, exotica, crescens in Arabia, Persia, America, Africa, & Ceylon, quæ habet folia longa, integra, semper virentia, arctè crassitie suâ, sibi mutuo juncta, plerumque succulenta, crassa, carnosa, crenata, in margine acuta, sedis ferè accendentia; flos est monopetalus, tubulatus, infra prominens in ventrem, supra angustior, & in sex segmenta ibi scissus, nudus, clavo hyacinthino affixus, fex staminibus praeditus; fructus oblongus, trilocularis, cylindricus, hexagonus, repletus seminibus sibi mutuo impositis planis, ad loculumamentum suum accommodatis; radix peregrinis, fibrosa vel & tuberosa: hujus plantæ succus ex foliis expressus vel incisis sponte emanans, solis calore inspissatus, saporis amari, aromatici, nauseosi Aloë quoque dicitur, qui ex Arabia & Ægypto ad nos pellibus involutus affertur. Ejus species hodiè in officinis quatuor in usu sunt, quæ tamen non nisi puritate & impuritate ab invicem discrepant. Scilicet Aloë succotrina, hepatica, caballina & quarta lucida dicitur; Aloë succotrina, est succus gummosus, & resinofus, ex fusco nigricans, dum fractus in lamellas, splendens & pellucidus, in pulverem redactus citrini est coloris, ex foliis imo & ex plantis transversim versus radicem disiectis, sponte suâ verè, ubi succi nutriuntur luxuriant, in suppositas patinas amplias destillans, in quibus à sole condensatur, & exsiccatur, inde ulterius inspissatur, & quo exactius hæc fiunt, eo Aloë pellucidior & nobilior; hic succus sponte se in duas partes separat, 1°. in spissiorem fundum potentem,

2o. in tenuorem supernatantem; Aloë optima cognoscitur ex splendore, friabilitate, solutione in aqua, quod in fundo remanet id Aloën Caballinam constitutum, quæ est similiter succus istius plantæ gummosus, & resinosis nigricans, priori ponderosior, crassior ac impurior, expensus ex foliis Aloës, in sole concretus, saporis subacris, amari, neuseofi, odoris graveolenti, quasi Picei & Myrrhati; Aloës Hepatica est similis succus ac Aloës succotrina, quoad virtutes & qualitates, & differt tantum ab ea, quod hæc in China, prior in insula succotra educitur, hinc differunt tantum loco natali; ubi Aloës tam pura, ut pellucida sit instar vitri dicitur lucida. Leniter purgat.
Gr. ἄλον. Nomen accepisse videtur, à sale vel falo sine mari, cuius afflatus maximè gaudet: ἄλος enim est sal: vel ut alii placet, quod falsediniis foris nonnihil contineat, ut cæteræ maritimæ plantæ; sed hujus vocis Etymon potius deducendum à voce Arabica, vel Hebraica; mirum quod hæc planta, quæ succum continet tam amarum, in omnibus ferè suis partibus, habeat in cotylis petalorum sui floris mellitum liquorem. B. G. Gall. & A. Aloë.

ALOEDARIA vel **ALOETICA**, sunt Medicamenta, quæ magnam vel modicam Aloes quantitatem recipiunt.

ALOGOTROPHIA, est improportionata nutritio, ita ut una pars corporis majus incrementum accipiat, quam altera, ut in *Rachitide*, ab ἀλογῷ rationis expers, & τρεφω nutritio. B. *Een ongelijke voeding*. G. *Ungeleiche Ernährung*. Gall. *Nutrition inparfaite ou inégale*. A. *Unequall nourishment*.

ALOPECIA, est *Plin. Capillorum defluvium*, à lue venerea, Phthisi, virure corporis collapsu, vel aliunde excitatum, ex ἀλόπετῃ vulpis, & πίπτῳ cado; à vulpe, cuius lotum effæta dicitur reddere loca in anum, ut *Callimachi Scholia* annotat: vel à malo, vulpi peculiari. Vocatur etiam φίατος à figura, quod partes glabrae & pilis defitutæ tortuofæ instar serpentum videntur. Utique huic affectui commune est, quod areatim pili decidunt; unde etiam in genere hoc malum *Area* vocatur. B. *uitvallen des haars*/ *Hoofdzugt/Haireloosheid*. G. *Autzfällen des Haars*. Gall. *Alopécie, Cheute des Cheveux*. A. *Out falling of ones hair*.

ALOPECUROIDES GRAMEN, est gramen vulpinum, ex ἀλόπετῃ vulpes & πίπτῳ forma. B. *Dossenstaarten-gras*.

LEXICON

40 G. Fuechsen-Schwansz. Grafs. Gall. *l'Herbe de queve de Renard.* A. Foxtailgrafe.

ALOSA PISCIS, vel **ALAUSA**, ab alendo, Latinis Clupea. B. *Eist.* Gall. *Aloſe.*

ALPHENIC, nomen Arabicum, Penidium, seu faccharum hordeatum significans.

ALPHITIDON, est fractura ossis in multas tenues partes farinæ imstar. Gr. *ἀλφίτονος* farina. B. *Vergrüpzing van t Been.*

ALPHUS, Lat. *Vitiligo*, ita describitur à Celsō; dicitur ἄλφος, ubi color albus est, ferè subasper, & non continuus, ut quedam quasi guttae dispersæ esse videantur in cute. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. *Alphus* etiam appellatur *Morphæa*, procul dubio à Μόρφῳ, quod scilicet cutis color in album, vel nigrum mutetur, & si niger est color, & umbra similis, vocatur μέλας, cætera eadem sunt. *λέυκη* habet quiddam simile Alpho, sed magis albida est, & altius descendit, quam Alphus, in eaque albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt: sed in aliis celerius, in aliis tardius. Alphus & Melas in quibusdam variis temporibus oriuntur & desinunt. Locum, quem occupavit, non facile dimittit, ἄλφος dicitur ab ἀλφων muto, ut Aëtio placet. Alii ab Alpibus, Italie montibus albis, derivant: B. *Een witte Lazari.* G. Das weisse Malszen, Mehlfleck. Gall. *Lepre blanche.* A. The white leprosie. Arab. *Baras.*

ALSINE, est planta habens folia parva, oblonga, sibi invicem opposita, bina cauli adhaerentia; calicem magnum, oblongum, in quatuor vel quinque segmenta divisum; florem rosaceum, polypetalon, prout calix vel est quadrifidus vel quinquifidus; his floribus succedit fructus parvus, membranaceus includens semina exigua, obtusa fere, rubra aut fusca; radix parva, fibrosa; est planta sylvestris, & nulla est sylva, ubi non crescit: ab ἄλσῃ lucus ubi nascitur: dicitur quoque auricula Muris: quod parietibus accrescat: & Morsus Gallinæ, quia ab iis amat, B. *Vogel-kraut* / Muur & Muur-kraut. G. Huerndarm, Huenerbisz, Vogel-kraut. Gall. *Mouron*, *Morgeline*. A. Chick-weed. Hen-bit.

ALTERANTIA, idem quod *Alliotica*.

ALTERATIO SANGUINIS, significat sœpè sanguinis per-

per medicamenta depurationem. Vide *Alliotica*. B. *Bloedzuivering*. G. *Blutsæuberung*. Gall. *Purification du sang*. A. *A purifying of te blood*.

A L T H E A, *Ebiscus*, vel *Ibiscus*. *Officinae*, quæ ut plurimum barbaricis vocibus gaudent, *Bijmalvam*, *Malvaviscum* & simpliciter *Eviscum* nominant. *Malvavisci* autem vox corrupta est, *Malva* nimirum & *Evisco* composita; quasi dicat aliquis *Malva-Ebiscus*. Planta est semine nudo, polysperma, semenibus caseofisis, floribus octopetalis, folio longiori serrato, molleculo, tomentoso, radix oblonga, digiti crassitie, in ramos divaricata, foris pallida cinerea, intus pallida, ex ticcitate rugosa, saporis mucilaginosi, & lenti, odoris nullius evidens, discisa attactu est glutinosa; & decocta cum aqua, ipsam reddit mucilaginam. *Althaea* appellatur à multiplici remediorum potestate & usu; vel Plinio Authore, ab effectu excellentia: nam *A' thæa* curare mederi est, & *althea* sanatio. B. *Heemst / witte Maluwe / Huemst*. G. *Ibisch*, *Eibisch-Kraut*, *groß oder wild Papeln*. Gall. *Guimauve ordinaire*. A. *Marsh mallows*.

A LUDEL, vel *ALUDELLI*, sunt vitra sublimatoria, & ollæ fundo carentes, sibique invicem impositæ, quæ ollæ suppositæ, adaptantur: quæ sublimationibus interficiunt. B. *Sublimeer-glazen of potten*. G. *Ein Sublimier-Glasz*. Gall. *Alüdel, vaisseaux pour sublimer*. A. *Subliming-glass*.

ALVEARIUM, est cavitas auris internæ, sive meatus auditorius, ubi sordes flavæ & amarae gignuntur, & soni inferuntur. B. *Het oor-gat*. G. *Das Hochle der Ohren*. Gall. *Le trou de l'oreille*. A. *The inmost cavity of the Ear*.

ALVEOLI DENTIUM, seu *Mcenia*, utriusque *Maxillæ* cavitates sunt, quibus dentes per gompholim inferruntur. B. *Kassen der tanden*. G. *Hoehle der Zahnen*. Gall. *l'Alveole des dents*. A. *The Sockets of the reeth*.

ALUMEN, salis fossili species, quod ex saxo profundè sub terra sito, duro, fissili, bitumine & sulphure pleno, facile incendendo, eruitur; vel ex terra bituminosa, combustili, & flammam nidore sulphureo noxiā emittente. Hæc materies, aëri mensis spatio exposita, in pulverem satiscit, alumini gignendo apta redditur, prius illi inepta. si ex Saxo, materies, aëri exposita prius, igne exuritur, flammam tunc capiens, sulphuris præsentiam testatur. Sic paratæ aëre, & si è saxo aëre & igne, materies aqua

LEXICON

42

solvitur, affusus alcali fixi vel volatilis præcipitatur cum effervescentia: sic exsuperans acidum unitum alcalino, facit salem novum, ex aëre, alcali, & fossili natum. Præcipitata materies à lixivio supernatante separata, aquâ bulliente soluta, in vase plumbeo inspissata, dolio immis-
sa, quiescens, dat crystallos albas, vel rubellas, octohe-
dras, faporis dulcis, austriusculli, haud facile liquefes-
entes in aëre, requirentes decies quatuor aquæ pondus, ut solvantur. Hujus acidum, vi ignis expressum, sul-
phuris incensi collecto vaporis acido idem omni ferè do-
te. Relicta inde, expulso acido, sex terram levem, sub-
tilem, bolo similem, exhibet copia larga. Cum carbo-
nariæ inflammabilis materiæ triplo exusta, phosphorum
Hombergianum dat: adeoque virtutem singularem exci-
tando cum aëre igni videtur possidere. Aluminis species
usitatiores in officinis quinque nobis exhibent. Primum
locum tenet *Alumen Rupeum*, Gall. *Alun de Roche*. B.
Hipp-Aluin A. Common Alum. Alterum, est *Plu-
meum*, seu *Plumosum*, quod vide. Tertium, *Sciffile
Σκιφή*, quod glebarum instar est & plumosum oblongum
vocatur. Quartum est *Zuccarinum*, sive *Saccharinum*,
ex *Alumine rupeo*, albumine ovorum & aqua rosacea.
Quintum dicitur *Alumen catinum*. Si simpliciter præscri-
batur, *Rupeum* semper accipiendum est: Invenitur vel
in venis per se; vel excoquitur ex aquis mineralibus vel
ex terra & lapidibus, aliisve mineralibus extrahitur. Di-
citur autem *Rupeum*, quia ex rupe seu faxis confici solet.
Item *Glaciele*; quia glaciei conforme est. *Alumen Cati-
num*, propriè alumen non est, sed sals ex cineribus ligno-
rum quorundam extractum, optimè reverberatum B.
Potash. Est & aliud *Alumen*, *Romanum* dictum, ru-
peo simile, sed pallidè rubens. Gr. Στυπτρία. Arab. Scib.
sive *Seb*. B. *Aluin*/ *Notz-aluin*. G. *Alaun*, Alat. Gall.
Alun. A. Roch-alum.

ALUMEN PLUMOSUM, est substantia ferè lapidea ex
incano viridis, pinguis, attritu in tenuia filamenta solubi-
lis, eruta ex fodinis, quæ in ignem conjecta exuritur,
faporis adstringentis & acris. Gall. *Alun de plume*.

ALUSMOS, ab *άλων*, resolvo, intelligitur Hipp. an-
xetas, aut incontinens corporis iactatio.

ALVIDUCA, Medicamenta sunt, quibus alvus liqui-
da

da & leniter fluida sit. Gr. ἔκκοπτική. vid. ibid. B. **Buik-week** makende **Middelen**. G. Laxierende Mittelen. Gall. *Remedes laxatifs*. A. The laxative medecines.

ALVUS, Gr. Κοιλία & Γαστήρ, est abdominis cavitas, quā ventriculus, intestina, hepar, lien, renes, vesica &c. continentur, vel & locus per quem faecum & excrementorum crassorum naturalis fit excretio. B. **Buik**. G. Der Bauch. Gall. *Le Ventre, les intestins, les entrailles*. A. The belly, Panch.

ALVUS ASTRICTA, dicitur, cūm quis raro per secessum feces ex intestinis, & tantum valde compactas & cum difficultate deponit. B. **Hardlyvighed**. G. Hartleibig. Gall. *Dureté de ventre, le ventre constipé & paresseux*. A. Bound in body, vel belly. Idem quod *Coprostasia*.

ALVUS FLUIDA, est, cūm quis liquida stercorea, idque facillime deponit. B. **Weekbuikighed**. G. Weichleibig. Gall. *le ventre libre ou lache*. A. Loosness.

ALVI FLUXUS, Idem quod *Diarrhaea*.

ALYDON, est herbae nomen, & dicitur turbith album: vocatur & *Alypia*, ex a priv. & Αἴπη dolor; Herba dolorem quasi auferens. A. Gut-Wort.

ALYSSON, est planta, quæ habet caules repentes, longos, duros, lignos, rubicundos, tortuosos, in multos ramos divisos, lanuginem albam habentes; Folia oblonga, aspera, albescens; Flores in umbellam extremitati ramorum adhaerentes, quadrifidos, flavos; semper post unumquemque florem nascitur silicula unica compressa, rotunda, quæ constat duabus membranulis, & septo medio, illa membrana valva dicitur; valvae haec vel contra septum illud complicantur, vel parallele, vel perpendiculariter; semina sunt ovalia, compressa, rubicunda; Radix est longa, lignosa, alba, fibrosa, lanuginem habens; crescit haec planta in locis montanis. Herba haec sic appellatur, quod à cane commorsos rabiem sentire non patiatur, & commorsis medeatur, singultum quoque sanat, ex a priv. & λύσει rabies, singultus.

AMALGAMA, unde **AMALGAMATIO**, est alicujus metalli cum mercurio commixtio. B. **Metaal-menging met quift**. G. Zernagung des Metals mit Quick-Silber. Gall. *Amalgame*. A. The reducing of Metal by Mercury into a past.

AMA-

AMARACUM, est herba odorifera, ab Amaraco pueris regio dicta. Amaracus Cynarae Regis Cypri, Unguentarius fuit, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, fracto alabastro, majorem ex confusione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur; Hic postea, cum nimio odore contabuisset, in herbam Samplicum mutatus est, que postea ab ejus nomine Amaracum appellata est: Folia Bliti habet, sed acutiora & magis polita, coloris viridis, subfuscī, in margine rubicundi, saporis insipidi. Gall. *espece de Marjolaine.* vid. Majorana.

AMARANTHUS, planta est floris comam speciosam & non macrescentem habens, variis coloribus ornatam; unde ejus nomen: Hinc hyeme & aestate ex illa gestant Puellas immarcidas corollas, ex a priv. & *μαρκίνα* marcesco. Gall. *Amarante, ou fleur de jalouſie; fleur qui ne fletrit point, & d'une couleur pourprée.* Medicis & Herbariis nostræ ætatis ex *Amore & Anthos* dictionem componi creditibus *Flos Amoris* vocatur. B. *fluweel-bloemen.* G. Sammet-Blumen, Taufentschoen, Floer-Amor. Gall. *Passe velours.* A. Flower gentle.

AMARELLA, est Polygalæ species, atque sic ab amaritudine à Gesnero appellatur.

AMAUROSIS, est in rebus eminūs, & cominūs positis, visus abolitio, ita tamen ut nullum vitium externum in oculo vel accurate insipienti appareat; Idemque ejus vitium in nervi optici obstruktione consistat: hic pupilla est integra, humores sunt integri; causa est omne illud quod illæso spectabilis bulbo facultates visus ineptas reddere potest; hinc oritur vel à vitio in tunica Retina, vel si afficitur Nervus opticus aliquo in loco à Retina ad thalamos nervorum ophthalmicorum; si ipsa medulla cerebri male se habeat in illa parte sua substantia, unde sit nervus opticus, vel si ipse cortex, unde producitur illa pars substantia medullosæ, qua Nervo optico inservit, vitiatus sit. Vocatur etiam *Gutta serena*, ab *ἀμαυρός* obscuro. B. *Een verdonkert heid des Gezichts / steke Blindheid / heldere drop.* G. Helter-Dropff, der schwartze Staar. Gall. *Goutte seréine.* A. Dimness of sight.

AMBARVALIS, flore est herbæ, quæ vigerit, quo tempore circum arva fiunt processiones, ex ambire vias dicitur.

AMBE, in genere notat superciliosam eminentiam, quæ

quæ est in ora alicujus rei vel ambitu, unde eminentia, ossium superficiaria ita etiam dicitur. Item, instrumentum Chirurgicum, quo brachia dearticulata restituuntur.

AMBLOYSIS, idem quod *Abortus*.

AMBLOTICA sunt medicamenta abortum facientia, ut sunt diuretica omnia, & quæ uterum aperiunt, foetumque & placentam expellunt. Ab ἀμβλωσις abortio, unde ἀμβλωσις & ἀμβλωπα, abortus. B. *Middelen die een Misg-kraam maken*. G. Misgeburt verursachender Mittelen. Gall. *Remedes Avortifs*. A. Medecines which cause Abortion.

AMBLYOPTIA, est visus obscuritas : quæ est quadruplex : *Mynopia*, *Presbytia*, *Nyctalopia* & *Amaurosis*, de quibus suo loco; ex ἀμβλωπα, obtusus, hebes, & ὥπτους video. B. *Een donker gezigt/ Oogen-schemering*. G. Dunkelheit der Augen. Gall. *La veue obscure*. A. Dulness of sight.

AMBONÆ, idem quod *Ambe*.

AMBRA GRYSEA bituminis quædam species est, inflammabilis, pinguis, odoris suavissimi, quod procellosis fluctibus ex fundo maris excussum & ad littus eructatum est. Rectè censetur ex destillatione, Ambram recenserit inter succina, & fossiles resinas, licet etiam in cetis reperiatur, qui fortè illam devorârunt, eaque delectantur. Invenitur in Japonia, insulis Moluccanis, Mauritii, Neicotarres, in Sumatra ad Occidentem, in Borneo, & Caap Commerii propè Malabar sita. Optima censetur Grysea, seu coloris cinerei seu grysei, à fordibus purgata & odorata, levius, quæque acu perfolâ succum pinguem refudat; notat Cl. Kämpfferus, quod nulla sit melior bonitatis & constantior nota, quam si candenti laminae ejus granula aliquot imponantur, quo ipso suffitus prodit adulterium, & cineris paucitas bonitatem. Improbatur nigra & candida valde, procul dubio adulterata; saepius enim follet adulterari, notante eodem Kämpffero, qui dicit, quod cum recens in littus deponitur, malta farinaceæ instar & adulterio recipiendo aptissima est. Nihil vero eidem facilius ingeritur, (prout ipsi adulteratores authori fassi sunt,) quam gluma oryzæ in pollinem redacta, nam hæc & levitatem & colorem glaucum ei conciliat; sed quam fraudem terrides, illatâ carie, possessori detegunt &c. B. *Amber grise*. G. Amber. Gall. *Ambre gris*. A. Amber grise.

AM.

AMBROSTA, est Herba quædam Botrys dicta : ab α priv. & $\beta\eta\tau\delta$; mortalis , interposito μ vocalitatis gratiâ ; vel quôd mortales eam non edant , vel quôd qui eam co- mederint , immortales evadant : ideoque $\tau\delta\tau\delta\theta\sigma\pi\beta\eta\mu\pi$. Deorum cibus dicitur , eximiae fragrantiae gratia Diis ex- petita : habet caulem unicum , in multis ramos divisum ; folia incisa , albescentia ; Flores flosculosos , plurimis sci- licet flosculis sterilibus calice comprehensis , constantes ; fructus est clavæ æmulus , echinatus , monospermus , flos- tûs femine nigricante & oblongo tubâ bifidâ instructus , alio loco planta ; radix longa , lignosa , tenuis . Tota plan- ta habet odorem suavem , saporem aromaticum , aliquan- tum amarum , sed gratum , colitur in hortis . Gall. *Am- brosie*. A. The Jerusalem Oak.

AMBROSIA, est medicamentum solidum , sed ea , quâ fieri potest gratitudine , præparatum : à Deorum cibo de- nominari videtur , quia solis Diis , *Ambrosia* in cibum fa- cescit , ut *Nectar* in potum , ex α priv. & $\beta\eta\tau\delta$; mortalis . B. **Goden spijz / een aangenaam genegsmiddel**. G. Der Goetter-Speisz. Gall. *Viande des Dieux*. A. The meat of the Gods.

AMBULATIO, Chirurgis dicitur , quando pars quæ- dam inflammatione , gangræna , aut sphacelo corripitur , & in ambitu plague malum ulterius proserpit . B. **Het am- buleert / 't quaad kruypt voort**. G. Umb sich fressen- de Geschwure. Gall. *Gangréne ambulante*. A. A spreading gangreen.

AMBUSTIO, est continuï solutio , à materia externa adurente (igne actuali vel potentiali sc.) causata , cuticu- lam semper , cutim plerumque , nonnunquam etiam mu- culos , venas , arterias , nervos atque tendines lædens . Gr. $\tau\pi\gamma\kappa\alpha\nu\tau\zeta$; B. **Gebzandheid**. G. Brand , Verbrennung. Gall. *Brûlure*. A. Burning or Scalding.

AMELLUS, dicitur à Mella fluvio Galliæ , juxtâ quem herba hæc plurima nascitur.

AMENTUM, Idem quod *Alumen plumbeum* , vide *A- mianthus*.

AMETHODICUM, est quod sine methodica & dog- matica ratione fit , ut solent Empirici , ex α priv. & $\mu\acute{\iota}\theta\omega\sigma$, ratio ad invenienda auxilia.

AMETHYSTUS, est gemma pellucida purpurei seu viola-

violacei coloris, aliquando ad flavedinem inclinantis, hujus color videtur deberi pigmento metallico imprimis, aut & alteri cuidam fixo & folili principio, in ipsa earum nativitate, quam intimè permisto, unitoque: evincit hoc hujus & aliarum similium gemmarum colorum similitudo, atque artificiosa harum confectio, dividitur in Orientalem & Occidentalem, atque hinc reperitur in India Orientali, Arabia petrea, Armenia, Ægypto, Galatia, Tharbo, Cypro, Bohemia &c. B. *Amethyst.* G. Amethyst, Ametist. Gall. *Ametiste.* A. The Amethyst.

AMIANTHUS, est lapis alumini plumoso similis, sed absque sapore & in igne non combutibilis, in quo ab alumine plumoso differt, coloris varii, & in filamenta deducibilis; inde veteres industrias aliaque, præparare noverunt, quæ ubi sordida, igni tradebantur & pura evadebant: duplice formâ diversa reperitur, sub specie filamentorum majorum alumine plumoso, & vocatur hæc linum incombustile, altera species sub forma lapidis fusti, vel nigri, duri, malleo extensilis. Gracis *Amiantus.* Quod Elychnia ex eodem fiant incombustibilia. B. *Plum-aluin.* G. Federweisz, Steinflachs, Schiefer-Weisz, Stein-Dacht. Gall. *l'Amiante.* A. Eart-flax, or Plicimons Alum.

AMMA, sive SUBLIGACULUM, aut BRACHERIUM, est vinculum Herniosis utile, quod vel ex linte a fascia, vel orbiculo metallico inferius abdomeni ambiente conficitur, & protuberantia eminente interius donato, applicatur in inguine ad processum peritonæi ubi per musculos transit, & annulum comprimens, retinet intestina in abdomen reducta, quæ per hunc annulum cæteroquin elaberentur, ab ærru connecto. Bracherium nomen accepte videtur à cingulis, quæ lumbis & renibus adaptantur, ab Ifidoro Brachiale Monachorum vocatum, Succinatorium; Brachile seu Brachiale dicuntur, quamvis non brachiorum sed renum sit cingulum. Rebrachiatorium Caffiano, unde procul dubio natum Bracherium Chirurgorum, cingulum nempè herniam intestinalem substringens. B. *Ein Breukh-band.* G. Bruch-Band. Gall. *Un brayer, des estreintes, Bandage Réfreintif, Ceinture.* A. A girdle for the ruptures, or a Triesi.

AMMI, sunt semina exigua, sabuli grana referentia, striata, globosa, suaviter aromatica, saporis amari, acris, oderis

odoris fragrantis ferè ut origani vel thymí ; optima defēruntur ex Alexandria vel Candia, ubi producuntur, Planta, unde crescit, satis est procera, ramosa, Amnioselimum dicta, folia habens Anethi similia, in longas & angustas dissecatas lacinias abeuntia, crenas habentia ad costas; nomen ab *āuris* matula, quasi cogens homines ad matulam, vel secundum alios ob *āuru* arena; ob similitudinem quam habent cum granis fabuli. Est Cuminum *Æthiopicum* seu *Regium*; à voce ammi, forte cammi & cummi, unde Cuminum, vel vice versâ à Cumino vox Ammi.

A M M O N I A C U M G U M N I, seu **H A M M O N I A C U M**, est lachryma ex Ferula Africana juxta delubrum Hammonis nascente, unde & nomen: gummi instar Thuri grumosum est, subalbicans, cui semina, Angelicæ instar, intersperfa sunt; odor est ferè castoreus, & gravis, saporque aromaticus & amarescens. B. *Gom Ammoniacum*. G. Ammoniack. Gall. *Gomme Ammoniac*. A. Gum Ammoniak.

A M M O N I A C U M S A L, vide *Armoniacum*.

A M N I O N C H A R T A V I R G I N E A, est membrana sc̄tum in utero proximè obvolvens, & molliter excipiens; quæ etiam cum reliquis secundinis post partum expellitur, chorio longè albicantior atque tenuior est. Ipsi Chorio blanditer accumbens, non tamen nisi superiore parte adnexa; hæc, figuræ ferè ovalis, maximè tenuis & simplex est; mollis est, lævior ac politior parte interna, externa inæqualior, candida & pellucida, laxo intervallo à fetu distans, nullis valvis sanguineis haçtenus demonstratis donata; exteriùs membrana Urinaria & Chorio investitur, quæ sibi invicem aliquando satis tenaciter adhærent ab hac parte, ita ut vix avelli queant, continet non tantum foetum, sed & humorum nutritium, quo fætus, per os & gulam alimentum fibi fugit: vid. liquorem. Amnii. *A' ura*, *A' uris* Græcis dicitur, Latinis amiculum, indusium, quod amicè foetum obvolvat, vel ut alii volunt ab *āurus* agnus, sic ab ejus teneritudine dicta & mollitie, vel *āurus* animus, & quasi *āurior*, id est *ārus* *āurus* nai *āurat*, vel *āuror*, tanquam vas inter sacrificandum, sanguinem excipiens. B. *Het binneste vlieg van de Pagehooste / t Lam-vlieg*. G. Schaffsen-Hæutlein: Gall.

Gall. *l'Amnios*, *Membrane des Eaux*. A. The Amnion.

AMOLYNTHUM, est Medicamentum, quo tractato, manus non inquinantur, ab *ἀπολύνειν* non inquinio:

AMOMUM, Veterum quodnam sit, adhuc sub judice lis est. Sunt enim, qui Rosam Hierichontis esse velint: Alii aliud quid esse contendunt. Officinae duplex semei sub Amomi nomine monstrant, quorum alterum majus nigrum rotundumque est instar granorum piperis rotundi vel cubebarum, gustu minime acre, quod videtur veterum esse *Sison*, *Simon*, &c. Alterum minutum semen & pallidum; utrumque raro in usu, locoque Amomi Veterum recipitur Acorus. Ingreditur Theriacam. *Amomum* & *Cardamomum minus*, quae in officinis prostant: putant nonnulli fructus esse plantarum genere convenientium, specie verò saltē differentium; & quoniam illa differentia in fructuum duntaxat forma, hoc est, rotunda aut triangulari consistat, folia autem convenientia, nec fructus hac in regione unquam producantur, hanc plantam pro utrisque spectandam exhibitent. Dicitur ab odore bono, qui reprehendi minimè queat, vel, dictum putant, quod veluti odorem cinnamomi referat. *μῆμα* enim est reprehensio, & *ἄμωμα* reprehensioni non obnoxius. Gall. *A-mome*.

AMPBLOPRASUM, est Porrum, circa vites nascentes. Ex *ἄμπελος* vitis, & *περόνη* porrum. B. *Wijngaard-pa-rei*. G. Acker-Knoblauch. Gall. *Ail poireau*. A. Bears garlick.

AMPHIBIUM, est omne animal, æquè in aquis ac in terris vivens. Ex *ἄμφι* ambo, & *βίος* vivo.

AMPHEMERINUS, est morbus quotidianus, unde *πνευτὸς ἀμφήμερος* febris quotidiana, ex *ἄμφι* circum, & *ἡμέρα* dies:

AMPHISBENA, ex *ἄμφις*, utrinque, & *βάτην*; gradior: Serpentis genus est, nunc in anteriore, nunc in posteriorem progrediens partem.

AMPHIBIESTROIDES, sive TUNICA RETINA oculi, mollis est alba mucosaque substantia, cui nomen inditum, quod projecta in aquas reticulum æmuletur. Protenditur ab ipso nervi optici centro, supraque vitreum humorem expansa, ad ligamentum ciliare porrigitur: haec tunica siquidem albida & medullaris, ab ipsa nervi optici

optici substantia medullosa, ac fibrosa procedit; ut sit fibrarum nervearum, quæ illic in unam fasciam colliguntur, quasi in velum retiforme expansio. Reverâ si integer oculus pro flore, qui cerebro pér nervum opticum, vellut caudicem accrescit, sumatur, tunica retina erit flos ipse, ac duea priores tantum calicis vicem præstabunt. Habant se intra oculi thalamum velut paries albatus, qui species visibiles per foramen cancriæ atratae admissas excipit repræsentatque, cui species sensibiles imprimuntur, & à quo eadem ~~περίωντα~~ ~~περιφέρεια~~ communicantur, ex ~~ἀπίθεσιον~~ rete, & ~~ειδο-~~ forma. B. *Het Net-vlies des oogſ.* G. Spinnewebs Netlein. Gall. *La Rétine.* A. The Retina of the eye.

AMPHIBRANCHIA, sunt loca circa tonsillas, ex ~~ἀπ-~~ ~~βι-~~ circum, & ~~βεάχθ~~ raucedo.

AMPHIDÆUM, est caput oris uteri, labris cucurbitarum simile. Græcis *Α' μοιδαιος*, *Ο' σχιος*, *Λιγυα*.

AMPHISMEA, est cultellus aniceps Anatomicus utrinque acie præditus, secundisque cadaveribus utilis, ex ~~ἀπ-~~ utrinque, & ~~μετά~~ membranatim concido, ~~μέν~~ est specillum. B. *Een Mes aan beide zyden snijdend.* G. Ein Messer dasz an beyden Seithen schneidet. Gall. *Concav tranchant de deux côtéz.* A. A dissecting knife that cuts on both sides.

AMPHORA, est vas cum duobus anfis, capit duas urnas, seu octo congiis: est mensura liquidorum apud Veteres. Italis continet libras septuaginta duas. Attica vero dimidium amphoræ circiter supra Italicam Amphoram continebat. Secundum hodiernam computationem, capit vini libras octoginta, & olei circiter septuaginta. Gall. *Amphors.*

AMPULLA, est vitrum rotundum, cui collum in summitate est. B. *Kinderglas / Katrol / Fioolglas.* G. Ein rund Flæschlein. Gall. *Phiole, Ampoule.* A. A viol. A Glas-bottle.

AMULETUM PERIAMMA, *Periapton*, est monile, quod è collo suspensum & gestatum, vel in annulo, dicitur occultâ quadam virtute remedium præsentaneum adversùs febres, venena & fascinationes.

AMURCA, dicitur sedimentum vel recrementum olivarum expressarum, fæx Olei. Gr. *Α' μεγην ab απειγω, exu-* go oleas, & amurcam exprimo. B. *Ooœsem van Olie.* G.

G. Trusen vel Hesen von Dele. Gall. *féces ou la Lie de l'huile*. A. The Lees vel Mother of oyl.

AMYGDALÆ, idem quod *Antias & Parisiphmia*.

AMYGDALUS, est arbor, quæ habet folia longa, angusta, acuta, saporis amari, grati : calix est monophyllus, quinquifidus; flos rosaceus, pentapetalus, staminibus multis praeditus; ovarium in fundo calicis instrutum tubâ longâ donatâ apice globoſo, quod fit fructus, callo pulvinato, minus spissò, sicciorē condens officulum rugis minus profundis ornatum, in quo nucleus oblongus, plurimque unus, pediculo brevissimo; Fructus vocantur Amygdalæ, quæ sunt dulces vel amaræ, & sapore tantum à se invicem differunt. Sic vocatam volunt, quodd fructus post viride putamen, alterum, quod subest, multis scatet rimosis scarificationibus, quas Græci *Aμυγδαλον* appellant. B. *Amandel-boom*. G. Mandel-Baum. Gall. *Amandier*. A. The Almond-tree.

AMYGDALATUM, est lac artificiale, seu *Emulſio ex Amygdalis aliisque seminibus parata*, ab *αμυγδαλην*, Amygdalæ fructus. B. *Amandel-melk*. G. Mandel-Milch. Gall. *Lait d'Amandes*. A. Almond-milk.

AMYLUM, est flos tritici aut siliginis subtilissimus, albus, multiplice aquæ affusione ex farina extractus, & in exigua massulas exsiccando coactus. Sic dicitur, quod sine mola paretur. Ex a priv. & μόλη mola. B. *Stärke* vel *Ammel-don*. G. Ammel-Mehl, Kraslt-Mehl. Gall. *Amidon*. A. White Starch.

AMYON, dicitur membrum emulculatum hoc est ita extenuatum, ut musculi vix apparet amplius.

ANA, est æqualis variorum Medicamentorum, una formulâ præscriptorum, portio. Vulgo simplici à vel dupli à brevitatis gratiâ scribitur. B. *Evenveel Gewicht*; G. Gleiche Theile. Gall. *Quantité égale*, *Egale Portion*, A. An Equal Portion.

ANABASIS, est morborum invalescentia. Vide *Acme*, ab *ἀναβαίνω* ascendo.

ANABOLE, materia rejectionem per superiora significat.

ANABROCHISMUS, est, cum immisilis vinculis aliquid supervacanei tabefactum tollitur. Item modus extahendi pilos palpebrarum inversos, oculumque pungentes, immisio per foramen acus tenuissimo byſſo : per

cujus duplicatam ansam pilus trajectus vellitur.

ANABROSIS, est partis alicuius in corpore, ab humoribus acribus, erosio. Idem quod *Diabrosis*, ab ἀναβρόσει predo, corrodo. B. *Een doo^r-eting*. Zernagung, Berzehrung. Gall. *Corrosion*, Rongement. A. Corrosion.

ANACARDIUM, duplex est *Orientale* & *Occidentale*. *Orientale*, est fructus arboris Malabaribus Oepata dictæ, qui est cordiformis cum cuspide in vertice, niger, splendens, includens sub duplice involucro à se separato mellaginem crassiusculam, lentam, cerasorum colore, sub qua nucleus pallidum amygdalæ saporis. *Occidentale* est quasi officulum reni leporis figura; foris fuscum, durum, & gerens nucleus album amygdalæ saporis. Magna est ejus in Cananor copia, tum in Calecut, & aliis Indiae locis, veluti in Cambaya & Decan. Gr. Ανακάρδιον, Veteribus incognitum fuit. Arab. *Balador*; Indis *Bybo*. Lutit. *Facca de Malaqua*, quod viridis & in arbore pendens similis sit nostrati majori fabæ, major tamen, sic ob cordis similitudinem, vocatur. Ex ἀνὰ ad sc. Formam vel similitudinem, & οὐσία. B. *Anacarden*. G. Elephan-ten-Laufz. Gall. *Anacarde*. A. *Anacardum* or *Malacca beans*.

ANACATHARTICA, sunt Medicamenta vomitoria, quæ per superiora purgant, ex ἀνακάρδιον supra, & οὐσία purgo. Idem quod *Emeticaria*.

ANACATHARSIS, est medicamentum per superiora purgans; ut Vomitorium, Sternutatorium, Errhinum, Masticatorium, Salivatio, &c. ab ἀνακάρδιον per superiora purgo. Idem quod *Emeticum*. & in specie apud Hippocratem significat purgationem per sputa.

ANACOLLEMA, est linimentum aut aliud Medicamentum siccum, quod fronti & naribus ad oculorum vitia & Hemorrhagiam fistendam admovetur. Idem Remedium incarnans & conglutinans, ab ἀνακόλλων conglutino; unde κιλλα gluten.

ANACTORION, est planta, cui nomen *Gladiolus*: ab Αγάκτων Herus vel Dominus, cui foli gladii jus est.

ANADENDROMALACHE, est Malva rosacea fruticosa; ex ἀνα ad δέρδης arbor, & μαλάχη Malva.

ANADENDRON, est Althea, ex ἀνα ad (formam) & δέρδης, arbor: quia arboris in modum se erigit.

ANA-

ANADIPLOYSIS, est frequens febrium reduplicatio ab ἀναδιπλώσις reduplico.

ANADOSIS, est omne, quod in corpore sursum tendit, ut chyli distributio, vel vomitus, ex ἡτον supra, & διθυραι do.

ANADROME, est sursum alimenti latio, vel reflexus humorum ad superiora, ab ἀνάδρομος, curius, & τριχω, curto.

ANAGALLIS, Officinalis est planta, folia habens ex adverso bina & flosculos foliorum alij insidentes in quinque lacimas divisi, coloris rubri, pedunculis longis, his floribus succedit fructus sphaericus, membranaceus, per maturitatem in duas partes dissiliens, semina plerumque angulosa, minima: Radix fibrosa est, alba; dicta videtur ab ἀνά & γάλλα, quod æquè reprimat ac reponat sedem prociduum: ο γάλλα denotat enim, cui amputata sunt virilia, vel ut aliis placet, ἀπὸ τοῦ ἀναγαργεῖν τὰς ψύκτας, animas evocare ad elicere. Magica enim putatur herba, unde nostris **Guechelheit**. Nam in limine vestibuli suspenfa maleficia arcere creditur. Alii derivant ab ἀγάλλη, ornano, insignio, decoro, quod ubique vias latè flosculis suis ornet. G. Gauchéil, Colmar-Kraut. Gall. *Mouron, Mouson, Morgeline*. A. Pimpernel.

ANAGYRIS, à natali solo hec arbuscula nomen accepit: Anagyris enim est civitas Attica: est arbuscula valde ramosa, habens corticem viridi-fuscum, lignum flavescens aut pallidum; folia terna, oblonga, acuta, in parte superiori viridia, in inferiori albescentia, odoris adeo fortis & fetidi, ut contusa, capitis dolorem producant; flores flavi, papilionacei, cuius vexillum brevius est ceteris petalis: flori succedit siliqua longa, cartilaginosa, Phaeoli siliquæ emula, fæta feminibus reniformibus, in initio albis, dein purpureis, tandem post maturitatem cæruleis & nigricantibus; crescit in regionibus calidis, ubi foetorem, Asam fetidam superantem excitat.

ANARHINON, vide *Antirrhinon*, ex ἀνά per, ad, & εἰς nasus, quasi adversus nasum.

ANAISTHESIA, est facultas ablata percipiendi actiones objectorum sensibilium in organa sensuum extermorum, ut paralyticis & sphacelo laborantibus contingit, ex priv. & αὐτοδιαρροαι, sentio. B. **Ongevoeligheid**. G.

LEXICON

54

Unempfindlichkeit. Gall. *Insensibilité*. A. Insensible.

ANALEPTICA, sunt Medicamenta, quæ vires resolvent; item pars Hygieinæ, quæ valetudinarii reficiuntur, ab ἀναλεπτά, iterum refocillo. A. Analeptiks.

ANALGESIA, est indolentia sive doloris defectus, ab ἀναλγίω, non doleo.

ANALOGISMUS, est comparatio & perceptio causarum morbificarum & medicamentorum juvantium per similitudines, ab ἀναλογίαις, comparo: *Analogia* est Comparatio.

ANALYSIS, est alicujus corporis, in sua principia per Chymiam, reductio. Item partium corporis humani demonstratio Anatomica, quæ per partes instituitur, ab ἀναλύω dissolvo. B. *Een ontdoeninge / ontleding / ontbinding*. G. Auefloesung. Gall. *Analise, Dissolution, Solution, Separation*. A. An analyzing of any thing.

ANAMNESTICA, Remedia, quæ memoriam restaurant, ut sunt spirituosa omnia, ab ἀμνώσιαις reminiscuntur. Item sic signa quedam dicuntur ad Diagnostica pertinentia, quæ corporis vel morbi statum prægressum in memoria revocant. Gall. *Remedes qui retrouillent la memoire*.

ANAPHALANTIASIS est desfluvium pilorum in superficie. B. *Het uytvallen der Winkbraauwen*.

ANANAS est planta flore monopetalō infundibuli formi tripartito, fructu carnoſo, turbinato succi pleno, fæto feminibus exiguis reniformibus: fructus maturus in delicis habetur apud Brasilienses, ubi quoque *Yayana* audit. Gall. *Ananas*.

ANAPHRODISIA dicitur impotentia venerea, sive impotudo ad congressus venereoſ. Gall. *Impuissance*.

ANAPHROMELI, est mel despumatum, ex ἀρέω de ἀφέδη ſpuma & μέλι mel.

ANAPLEROSIS, in genere significat repletionem; alias specialiter ita dicitur Chirurgiæ pars, quæ ea, quæ in corpore deficiunt vel caſu perierunt, arte restituuntur, ab ἀπαληπτά impleo. Unde *Plerotica Medicamenta*, quæ partes restituuntur.

ANAPLEROTICA, sunt Medicamenta vulnera carne implentia, & deficientia in corpore, quantum poſſibile, restituentia.

ANAR-

ANARRHOPUS, idem quod *Anadofis*, ab ἄνω supra,
& εἰτα^{πάτη} vergo, serpo.

ANASARCA, est totius corporis exterioris, aut quadruplicem ejus partium tumor albus, mollis, tactui cedens, & foveam à compressione relinquens. Causa est lymphæ nimis tenax, vires vitæ imminutæ, & sanguis viscidus, quibus vasorum extremitates obstruuntur & vesicula adiposæ implentur; hinc fit, quod major lymphæ copia in corpore aggeritur, quam per vascula reducentia ablegatur, adeoque est primum Hydropsis initium. Si humores nimis viscidæ fuerint, *Leucophlegmatia* appellatur. Item, Υποσαρκίδιο, κατὰ σάρκα. *Heraclide sarcites*, *Intercus*, *Aqua inter cutem* &c. ex ἄνω per, & σῶμα caro. B.^r Lijf-water / tuſſchen vel en vlees leggende water / ledzen-zugt. G. Leibwasser. Gall. *Hydropisie anasarce*. A. A species of a Dropie so called.

ANASTOICHIASIS, est corporum Chymica resolutio, ab ἀναστοίχῳ insua principia redigo, unde σωγήτω Elementum.

ANASTOMOSIS, duas habet significationes, 1. Ubi extrema oscula vasorum nimis dilatata emittunt sua liquida naturaliter retinenda & tum dicitur. B. *Ontsluiting der baten*. G. Eroeffnung der Aderen. Gall. *dilatation des orifices des vaisseaux*. A. Opening of Vessels. 2. Est multa inosculatione ultimi finis vasis arteriosi in principium venosi, sive id fiat recto modo continuato tramite, sive per laterales ramos ex Arteria in venam hiantes, quales in vasis spermaticis demonstravit Lealis &c. ex ἄνω per, & σῶμα os. B. *Inmündung der baten*, *Blus-baten*. G. Die reume zwischen den Gefäßen. Gall. *Abouchement ou inosculation des Vaisseaux, ou Anastomose*. A. A Mutual opening of vessels in to one another.

ANASTOMOTICA, sunt Medicamenta poros & meatus aperientia, ut sunt deobstruentia, cathartica, sudorifera, diuretica, &c. ex ἄνω per, & σῶμα os. B. *Openen de middelen*. G. Eroeffnende Mittlen. Gall. *Remedes aperitifs*. A. Aperitive Medecines.

ANATASIS, est corporis extensio versus superiora, ab ἀντεῖω sursum tendo. B. *uittrekking*. G. Aufsteigung. Gall. *extension*. A. A Stretching out.

ANATHYMIASIS, est vapor, exhalatio, suffitus, halitus &c. ab ἀνω sursum & ἀνω suffio. B. *Atking*. G.

Bereuchung. Gall. *Parfum.* A. Perfuming, Fumigation.
ANATICA PORTIO, vide *Ana.*

ANATOMIA, est animalis, præsertim hominis, concina dissectio, quâ partium materia, figura, structura, nexus, ad usum Medicum & Phylicum, demonstrantur, ab *ἀνατομίᾳ* dissecō. B. *Anatomie / Sph.-konst / ontle- ding.* G. Anatomic, Aufschneidung. Gall. *Anatomic, Dissection.* A. Anatomie, Cuttingup of Bodies.

ANATOMICUS, est qui dissecandis cadaveribus aptus, ab *ἀνατομίᾳ* perfeco. B. *Een ontleeder / Ontleedkundi- ge.* G. Anatomist. Gall. *Un Anatomiste.* A. An Anatomist, one Skilful in anatomy.

ANATRIPSIS, est contritio calculi aut ossis comminutio, ab *ἀνατριψίᾳ* contero. B. *Verbryzelinge / vermoz- zeling.* G. Zermalung. Gall. *Broyement, Ecrasement.* A. Bruising, Communition.

ANAXYRIS, fortè ab *ἀναξύρια*, abstergo, scalpo : Acetosa enim est, quæ alvum lubricando abstergit, cujusque radices scabiei medentur.

ANCHIA, idem quod coxa.

ANCHORALIS processus, vide *Ancyroides.*

ANCHUSA, est planta, quæ caulem habet repente, folia Buglossi sylvestris, longa, aspera; radicem longam, mediocriter crassam, foris rubicundam, interius album lignosam, colore rubro inficientem, saporis, dum recens est paululum adstringentis, & insipidi, odoris nullius. Hanc dictam quidam volunt ἀπὸ τοῦ ἄγκερου, strangulando, quod ym strangulatoriam ac suffocatoriam habeat; dicunt enim eā serpentes strangulari. Alii ab ἄγκερο deducunt, quod est fucare, colorare formam, quia illius radicis facies rubore inficitur. B. *Osse-tong / Schaaps-tong.* G. Ochsen-zung. Gall. *Océanette.* A. Alkanet.

ANCHYLE, est articuli contractio, ut & genu posterior pars, ab *ἀγκυλωσίᾳ* contractione articulorum labore. Gall. *Ankylose.* Vide *Contraction.* A. Constriction upon the Joints.

ANCHYLOPS, est abscessus & collectio humoris leniti & mellii aut pulticulae similis, inter majorem oculi angulum & nasum. Hic tunica ut plurimum continetur, nec infert dolorem, subito autem accipit incrementum, producitur tamen spece ab inflammatione prægressa ca-

run-

runculae lachrymalis, quae in abscessum terminatur, qui si rumpatur, exulcereturque, non amplius αγκιλαψ̄ vocatur, sed mutat nomen, & αγκιλωψ̄ appellatur. Ab αγκιλωψ̄ prope & ἀψ̄ oculus, quod propè oculum oriatur. Vide *Ægilops*.

ANCHYLOSIS, idem quod *Anchyle*.

ANCHYROIDES, vide *Ancyroides*.

ANCON, sive *Cubiti caput*, strictius sumitur posteriori Ulnæ processu majori: Unde *Anconeus musculus*, *Cubiti extensor*, ἀπὸ τοῦ ἀγκεστρου ἵτιζε τὸ οὔστρον, quod superjaceat unum os alteri. B. *Ellebøg*. G. *Elnbogen*. Gall. *Conde*. A. *The Elbow*.

ANCONÆUS, vide in *Ancon*.

ANCORALIS, vide *Ancyroides*.

ANCTERES dicuntur fibulae, quibus vulnerum labia longius dissipata conjunguntur, quae operatio propterea anæteriasmos, infibulatio dicitur; parantur ex emplastris fortissime adhaerentibus: in specie etiam dicta fuit, quando histriionibus & comedis per præputium trajiciebatur fibula.

ANCYLE, est Poplitis contractio, vide *Anchyle*.

ANCYLO BLEPHARUM, est palpebræ cum tunica alba vel cornea concretio; vel cum interdum utraque palpebræ fibi invicem concrescunt; sequitur ille affectus oculorum inflammations & palpebrarum: Ea concretio aliquando ante partum contingit, & tunc vitium nativitatis existit, dicitur ex αγκύλην hamus, & βλεφαρος palpebra. B. *Anwachs der oogschelen*. G. *Anwachlung der augledern*. Gall. *concretion des Paupieres*. A. A growing to of the eye-lids.

ANCYLOGLOSSUM, est frænuli sub lingua, connexionis strictioris vitium, locutionem difficultem causans, & μοριλάδ̄ recte vocatur, ab αγκύλην hamus, & γλῶσσα lingua. B. *Tong-riems aanwachs/ span-adex*. G. Anwachlung des zung-riems. Gall. *le Filet trop avancé vers la pointe de la langue*. A. A loser connexion of the ligament under the tongue.

ANCYLOGLOSSUS, est, qui frænulum prælongum habet, & ab eo nonnunquam sectus fuerit, ex αγκύλην hamus, & γλῶσσα lingua. B. *Ecn / die met de tong-riem belemmt is*. G. Dem die zung nicht frey ist. Gall. *Qui a le Filet*. A. Tongue-tied.

ANCYLOYSIS, est immobilitas articulationis cum tumore duriori, orta ex callo ad articulum ossis fracti, vel ligamentis rigescientibus, vel exostosi ad juncturas, vel insipissato muco glandularum illiniente.

ANCYLOTOMUS, est scalpellum, quo linguae frenulum rescinditur; in genere accipitur pro cultello aciem incurvam habente. B. *En Mes om de tong-riem te snijden.* G. Ein Zung-riems Messerlein. Gall. *Ancylotome*, *Coutelet pour couper le Filet.* A. small knife for cutting the ligament under the tongue.

ANCYROIDES, est Scapulae processus rostriformis, qui *Coracoides*, *Anchoralis*, & *Cornicularis* vocatur, ab ἄγριῳ anchora, ῥύξῃ rostrum, & ἀδείᾳ forma. B. *Het anker gelijke uitsteeksel.* G. Das ancker gleiche auszwasch des schulterblats. Gall. *Eminence ou Apophyse Coracoide.* A. A. Process on the scapula like an Anchor.

ANDRACHNE, vocatur Portulaca: dicitur ἀδείχνη inserto ., quod primū teneritudine quādam lētā & carnosā luxurient ramuli, foliaque albcent, spumosāque quādam fuligine, sive tenui quāpiam aspergine cinerea obductā videantur, ἀλλά enim Græcis *spuma* est, ἀλλά *plenum*, *letum*, *craffum*, *pingue*. Spuma autem in marina portulaca multò evidenter conspicitur, quam sativa. B. *Porzelein.* G. Burtzelkraut. Gall. *Pourpier*, *Porcelaine*. A. Purslain.

ANDROGYNUS, sive **HERMAPHRODITUS**, est, qui membra virilia & muliebria simul habet. Item, quibus excisa sunt membra virilia. Item effeminatus, ex ἄνδρει vir, & γυναι mulier. B. *En Man-Wijf.* G. Halb Mann und halb Weib. Gall. *Hermaphrodite.* A. An Hermaphrodite.

ANDROSACE est planta flore monopetalō, hypocrateri formi, fructu globoſo, foliis nervosis longis, & amplis, lanuginosis & in margine incisis, in orbem repentibus; calix est valde amplius & expansus; vasculum feminale exiguum per maturitatem in quinque partes dehisit: habet in medio Placentam cui plurima adnascuntur semina oblonga, rubicunda; radix est fibrosa, & minima, crescit in locis maritimis, dicitur quasi ἀνδρὶ φίστα, quod viris remedia suo nomine pollicetur, vel ἀνδρὶ σάκος, quod folliculi membranacei scutum exiguum

gium referant coriaceum. Alii ἀργιτακες, quod ιδοσα-
ξες dici aestimant; quod ducendo urinam hydropicis pro-
fit.

A N D R O S O E M U M est officinalis planta flore rosaceo,
calice polyphylo, fructu ovato unicapsulari, character
ejus ferè ac Hyperici; differt in eo quod planta sit valde
ramosa referens arbusculam: dicitur, ἄπει τοῦ ἀργετοῦ αὐροῦ, &
ab αἰμα sanguis; nomen est *Viri sanguis*: sic dicitur, quia
folia contrita sanguinem colorem præbent; dicitur & to-
ta sana. B. **M a n g h b l o e d.** G. Johans-Kraut. Gall. *comme*
qui diroit sang d'homme; toute saime. Quasi Græcè dicas
Ibrafibia. A. St. Johns wort, Tutsan or Park-leaves.

A N E M I U S F U R N U S, est, qui cæteris majorem ignis
vim defillandis, liquandisve rebus largitur. Ab ἀνέμο-
ventus. B. **W i n d - o v e n.** G. Wind ofen. Gall. *Fournau à*
vent. A. A wind-furnace.

A N E M O N E, flos venti, ab ἀνέμῳ ventus: quia flores
sece nunquam aperiunt, nisi flante vento, ut testatur *Pli-*
nius. Sed fortè ab ἀνέμῳ ventus, & ὥλη seu ὥλημι, quod
flos facilè à ventis dejiciatur ac perdatur. Hinc Pulsatilla
aliquando vocatur, quia à ventis facilè propellitur; vide-
tur esse flos Adonis veterum. B. **W i n d - b l o e m.** G. Wind-
blum. Gall. *Anemone, Coquerourdes, Cocles, Passefleur.*
A. Wind-flower.

A N E T H U M, planta est umbellifera, foliis tenuissimè
divisis, viribus medicis pollens; Radix annua, reliqua ut
in sceniculo, semina foliacea, plana, membranacea, ova-
ta, orbicularia, compressa, in parte exteriori tribus striis
vel fulcis notata. Quibusdam ῥαγά τὸ ἀνεύθεν, quod cito
crescat. Aliis quasi ῥίνησος quasi invictum, ab a priv. &
ruxdew vinco, quod cibi excitat appetitiam, nonnulli no-
men impositum volunt, quod Anethi esus lacescat ad ve-
nerem: alii à puer pulcherrimo in plantam sui nominis
converso. ἀνθινοὶ enim congressus, familiaritas, coitio Ve-
nerea dicitur. B. **D i l.** G. Dyllen-hoch-kraut. Gall. *Anet.*
A. Dill or Anat.

A N E U R I S M A, est duplex verum vel spurium. Verum
est tumor p. n. ab arteriarum interioris tunicae ruptura
& exterioris dilatatione, pulsans, rubens, compressu ce-
dens, laxatus redeuns. Spurium est ubi tunicae ruptæ li-
quorem effuderint in partes vicinas, unde tumor conti-
nuo

nuò auctus, mollis, vix pulsans, lividus, compressu vix evanescens, brevi putrefcens; ab *ἀρεγόω* dilato. B. **Een slagader brukt.** G. Der puls-adren ausspannung. Gall. *Aneurisme, Dilatation de l'Artere.* A. An Aneurisme, or a Dilatation of the Arterie.

ANGEIOTOMIA, est vasorum dissectio, ut in Venæ sectione, & Arteriotomia; ab *ἀγέιον* vas, & *τέμνω* seco. B. **Opening der vaten.** G. Eroeffnung der gefæßen. Gall. *Saignée ou Ouverture des Vaisseaux.* A. Blood-letting.

ANGELICA est officinalis planta foliis latiflimis, dentatis ferè ramosis, seminibus striatis, floribus umbelliferis, radice aliquantulum resinosa, oblonga, crassâ, in fibras tenuiores divisa, foris ex flavo rubefcente, medulla interiore alba, saporis acris, suaviter amaricantis, cum quadam blanda dulcedine, odoris fragrantis, tota planta habet odorem & saporem aromaticum. Hæc planta crescit multis in locis, quæ autem in montanis Bohemiæ locis reperitur, præ aliis laudatur; crescit & in Alpibus, & satis feliciter in hortis colitur: fortè sic dicta, quod contra venena angelicas præstet virtutes, ideo & Spiritus Sancti radix vocatur. **Engel-wortel.** G. Angelick wurtz, Bruit wurtz, Engel wurtz. Gall. *Angelique.* A. Angelica.

ANGIGLOSSI, sunt, qui difficuler pronunciant L. R. K. atque in loquendo restitantes loquela praecipitant, ab *ἄγκυλην* hamus & *γλωσσα* lingua. B. **Belemmert van taal.** G. Der schwerlich reden kan. Gall. *Difficulté de parler.* A. A difficulty in speaking.

ANGINA, Lat. ab angendo, quia guttur vel fauces anguntur, sic ab *ἄγχειν*, strangulare, angere: Vel ut alii ab *ἄγκυρην* laqueus, vel à *συνίξειν*, quod spiritum cohendo respirationem inhibeat, uti Aurelianus vuit. Est impedita valde, dolens admodum vel & impedita & dolens simul deglutitio atque respiratio, orta à causa morbosâ supra pulmones & stomachum positas partes afficiente, quæ his functionibus dicatae sunt. Estque externa seu *Sputria* vel *Notha* vulgo dicta, dicitur & *Alba Angina*. G. Der weisse ansatz. Quæ ab externis causis venit, à frigore extero, potu frigido, spinis & officulis œsophago inhærentibus. Sed ea levis est & sine febre, nisi ab interna ortum sumat, hoc est, quæ in cute ad collum exterius micat, atque hæc sape subito oritur post internam, eamque

que tollit & aegrum liberat ab insigni molestia vitæque
discrimine : hoc accedit *Volans*, quæ subito disparer, &
mox ortur de novo, aut per *Metaftasim*, ut vocant, cum
in faucibus abit vel ad pulmones vel ad cerebri meninges.
Vel *Interna* est, quæ ab interna causa ortum habet, hoc
est à febri præcedanea, & febrem acutam comitem habet,
quæ à loco diverso, juxta ac inflammatio propior est cœlo-
phago, tonsillis, epiglottidi, laryngi, cervici incumbit;
varia fortitur nomina, uti *Synanchi*, forte à suspendii
militudine cum laqueo. *Parasynanche*, *Cynanche*, seu
Anæcynanche quod canes aut lupos frequenter afficiat : & *Pâ-
racynanche*. De quibus suo loco. B. *Een quadre keel/
Wozg-gezïwel / ontsteking der keel / quinanie*. G.
Hals und Kelen geschwulst, Halsz-geschär, Entzuen-
dung des halses. Gall. *Esquinancie*. A. *A quinsey, or Squi-
nancy*.

ANGINA LINI, est *Cuscuta*, quod linum circumli-
gando suffocet.

ANGIOLOGIA, ex ἀγλεῖον, vas, & λόγος, sermio, seu
descriptio systematis vasorum corpus humanum perrep-
tantium, quoad situm, ortum, fabricam, finem & usum
corum.

ANGLICUS SUDOR, vide *Sudor Anglicus*.

ANGUILLA, ab anguis, ob similitudinem cum angue,
seu serpente : pisces est oblonga, rotunda, in deliciis ha-
bita. B. *Nal / Haaling*. Gall. *Anguille*.

ANGUIS, Animal quod complicari, & contorqueri
potest, atque semper fit angulosum, vel quod angat, &
premat.

ANGULUS oculi, V. *Canthus*.

ANGURIA, Planta est ē Cucurbitaceorum genere, fo-
lia habens magna, villosa, aspera in profundas lacinias dif-
ficta, flores flavos, campaniformes, quinquelobos, qui-
bus succedit fructus obrotundus, carnosus edulis, habens
corticem satis durum, sed politum variii coloris, caro
cucumeris satis similis est, alba aut rubicunda, fæoris
dulcis & grati continet pulpam medullosam, in qua la-
tent semina oblonga, ampla, compressa, rugosa, nigra,
rufa, aut rubra, fæminis cortex est valde durus, & cor-
tice ablato, invenitur amygdala parva, alba, medullosa,
fæoris dulcis & grati; derivari posset ab *aylo* concepta-

culum, vel vas quodlibet, quia evacuatā medullā, vino impleri possit, quod Americani scitè norunt. Vocatur etiam Citrullus à citreo colore. B. Watermelon / Kiehren / Citrullen. G. Gurchen, Citrullen. Gall. Citrouille. A. Citruls.

ANGUSTATIO, dicitur de vasis & meatibus, quando præternaturaliter coarctantur & angustiores redduntur.

ANHALTINA, dicuntur remedia, quæ respirationem facilitant, ut sunt plantæ vulnerariae, & præparata quædam ex Sulphure &c.

ANHELATIO, est respiratio difficilis, parva, sed concitata, quæ fanis, sed maximè debilibus, evenit, in omni vehementi exercitio, præcipue cùm in altum ascendunt, aut cùm currunt, vel saltant, quæ plerūque laborant obesi, qui viscera abdominis tam magna, & tantæ pinguedine onusta habent, ut venter sit tumidus & protuberans: aliás etiam à repletione stomachi, cibis præsertim crudoribus, & flatulentis copiosè sumptis mox anhelatio, vel sedentibus vel decumbentibus, & magis adhuc currentibus, aut ascendentibus, & gravissimè, si æstas fuerit, obo ritur. At in Febribus, Hydrope, Tumoribus viscerum in ventre, in pleuritide, Cardialgia, & Asthmate semper urget quædam Anhelatio: Est igitur Anhelatio convulsivi motus species. Gr. Ανθελατιδες Πνευματοσ. B. Hæping na adem / Hamboestigheid. G. Ein schwere athem, Ang brustig. Gall. difficulté de respirer, courte haleine. A. Shortness of breath.

ANI PROCIDENTIA, vide *Procidentia ani*.

ANIMA HEPATIS, est Vitriolum sive sal Martis, nomen à chymicis impositum, quia hoc medicamine morbis Hepatis medetur.

ANIMÆ GUMMI seu RESINA, quæ est pellucida ex albo citrinescens, fragilis in nova Hispaniola ex arboribus quibusdam proceris incisis exstillans prunis impolita gratissimi odoris, Thuri simillima, quo tamen majora grana refert; quid sub hoc nomine intelligatur, non adeo constat, cùm hoc Gummi aut confunditur Canca mum, aut sæpiissimè substituitur, ab aliis verò utrumque Gummi ab invicem distinguitur; Putatur etiam ex Æthiopia & India Orientali ad nos deferri. Gall. Gomme Animæ.

ANI-

ANIMALIS FACULTAS, est actio, quâ homo, sensum, motum, & principes animi functiones exercet: suntque tres Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria. B. **De Lighamelyke Ziel-werking.** G. Wuerckung vonder Seele. Gall. *La Faculte animale.* A. The animal faculty.

ANIMI DEFECTUS, vide *Deliquium Animi*, *Lipothymia*.

ANISCALPTOR MUSCULUS, alias **L A T I S S I M U S D O R S I**: Brachium retrò deorsum trahit, oritur principio membranoso & latissimo, à vertebrarum spinæ apicibus, ab ossè sacro ilioque usque ad sextam thoracis vertebram: inseritur inter pectoralem & rotundum valido, brevi & lato tendine, figura est triangularis. B. **Den Hars-krabber / Breedste spier van den rug.** G. Aarskratzer. Gall. *le Grand dorsal.* A. The Scratcher of the arse.

ANISUM, est planta umbellifera, foliis tenuissimè divisæ semen aromaticum & carminativum proferens. Est & in usu Medico semen *Anis Indici*, quod ex China affertur, figuram stellæ refert, componitur ex 6 vel 7. nucleis particularibus radiorum more in Centro coëntibus, continentibus semen singulare, oblongum, colore seminis Lini. Fortè dicitur ab urbe Siciliæ, quæ Anisum appellatur. Vel à flumine ejus nominis in Austria. Alii *άνισον* quasi *άνιστον* dictum volunt: quod cibi appetentiam præstet: vel ὁ τοῦ *ἀνίσου* τὰς ἐμπνευματώσις, quod remittat ac laxet tensiones flatulentas internas & externas. Verisimile tamen sic vocata, qualis τὸ μὴ ὁ τοῦ. Suidas *Ανίσον* τὸ μὴ ὁ τοῦ σημαίνει καὶ εἰδὸς βοτάνης: Anisum quasi inæquale, denotat etiam herbam. Nomen illud impositum, vel ab inæqualitate seminum, vel quod folia dissimilia ferat. B. **Anjjs.** G. Anys, Anisz, Gall. *Anis.* A. Anise.

ANNULARIS CARTILAGO, vide *Cricoides Cartilago*.

ANNULARIS DIGITUS, est is, qui intra minimum & medium locum habet. Vide *Digitus*.

ANNULARIS PROTUBERANTIA, sive Pons Varolii à figura dicta; est quædam pars cerebri tuberosa, intra cerebellum & testes cerebri. B. **Ringwijs uitsteeksel.** G. Der ring gleiche aufzwachs. Gall. *Protuberance annulaire.* A. The annular protuberance.

A.N.

ANNULUS ABDOMINIS, est perforatio in parte inferiore musculi oblique descendens, ascendentis & transversalis; pro transitu processuum Peritonæ & vasorum spermaticorum in viris; in mulieribus ligamenta uteri rotunda transmitit, in herniis vero intestina & omentum.

ANNULUS OSSEUS, in foetu tantum reperitur, & quidem præcisè ad ostium tympani locatus, qui facilè ab osse temporum separabilis est, nudusque appetat cum membrana tympani, quando auris cum ejus meatu est avulsa: Annulus hic, ad dimidiæ circiter lineæ spatium interruptus est, in parte sua superiori propè eum locum, ubi caput mallei, & pars solida incudis in tympanum conduntur. Interruptio hæc etiam in adultis videri potest, & eo loco membrana tympani immediate adhæret extremitati meatus ossi auris externæ. Annuli hujus pars interior, paululum excavata est in tota sua circumferentia interna, & ita crenam efficit, in quam, membrana tympani impacta est; in superiori quoque ejus parte, sinuositas parva observatur, super quam musculus externus mallei porrigitur, & hæc sinuositas in adultis quoque permanet. Quamvis autem parvus iste annulus distinctus sit, & facilè separabilis in infantibus recens natis, in adultis tamen evanescit, & cum unum idemque cum meatu osseo corpus constituat, ab eo separari amplius non potest. In ætate trium & quatuor etiamnum annorum distingui potest, sed ossi temporum jam tum tam firmiter adhæret, ut amplius separari non possit. Notatur, quod incipiat adhæscere per duas extremitates, & paulatim per totam circumferentiam reliquam. B. *de beenagtigen ring.* Gall. *le cercle osseux.*

ANNULUS plumbeus vel aeneus, Chirurgi eo tituntur ad firmandum oculum, pro excisione Pterygii, aliisque operationibus in oculo peragendis:

ANNUS CLIMACTERICUS, est annus 63. 81. in quibus annis vanâ opinio est, quod nempe homines tunc temporis mori necesse sit. Illi anni semper incident in nonum annum, ut septies novem, constituunt tria & sexaginta. Ita novies novem efficiunt octoginta & unum. Nulla ratio, nec ulla experientia nobis persuadere potest, cur homines illis annis magis essent morti obnoxii,

quam

quam aliis : Imò tantus mortuorum sexageniariorum affertur numerus , quam eorum , qui obierunt sexagesimo tertio aut octogesimo primo . Ergo ejusmodi nuge ad ceteros errores remittendae . Vide *Climactericus annus* . B. *Maand-jaar* . G. *Mord-jahr* . Gall. *Année Climacterique* . A. The terms of important changes in the bodies of men .

A N O D Y N U M , in genere , est Medicamentum dolorem tollens , & quatuor Medicamentorum species complectitur ; 1°. Parégorica , quæ dolorem tollunt demulcendo ; 2°. Hypnotica , quæ dolorem tollunt formum conciliando ; 3°. Narcotica , quæ dolorem tollunt stuporem inducendo ; 4°. Nepenthes , quod propriè notat Medicamentum dolorem auferens . Ex a. priv. & οὐνα doleo . Gr. Αὐδονος , Παρεγορικὸν , Λυσιπόνη , Πρεστικὴν , Πόρη παυσηγον , Παντοπονον . B. Een pijnstillende middel . G. Schmertz stillende mittlén . Gall. *Anodin* . A. Any Medicine that allays pain .

A N O E A , est amēntia sive imaginationis & judicij abolutio , ex a. pr. & rot. cogito . B. *Verstandeloosheid/ontzinnigheid* . G. *Unsinnigkeit* . Gall. *Egarement , ou alienation d'Esprit* . A. Madness .

A N O M E O M E R E S , idem quod *Heterogeneum* , sive id , quod ex alis & inter se diversis particulis constat , ex a. priv. οὐσιον simile , & μίκρη pars . B. *veerdantigheid/veeldeelighed* . G. *Viel gestaltig* . Gall. *Heterogene* . A. Heterogeneous or of another kind .

A N O N I S sive *ONONIS* , est herba spinosa , flore papilionaceo : habet caulem tenuem , rotundum , lignosum , villosum , rubicundum , spinis longis & duris instructum ; folia oblonga , nigricantia , villosa , glutinosa , dentata , odoris ingratia , saporis leguminosi ; flores leguminosos , purpureos , raro albos ; flori succedit aliqua turgens , longior , breviorve , bivalvis , instar vesiculae inflata , in qua harent semina reniformia ; saporis viciae ; radix est longa , lignosa , fibrosa , alba , repens , fractu difficultilis : οὐνος quidam deducunt ἀπὸ τοῦ ὄνος & ἔργου , quasi dicas asini oblectamentum : nam ex Gracis quidam affirmant , asinos in ea se volutare , & dorsum sub aculeis ejus herbare libenter exterere . Aliis vocatur à non juvando , quod inutilis sit , aratro enim ipsisque aratoribus

inimica. Nam non tantum suo ramorum & radicum implexu aratra, invitis bubulcis, in mediis ramorum sulcis remoratur (unde & ipsi *Restæ* seu *Arrestæ bovis*, remoræ aratri nomen impolitum, quod arantes boves in ope- re fistat) sed etiam messores, scenicas, ac aratores spinis suis acutis adnodiūm laedat ; vivax præterea nimis fruges opprimit, iisque aculeis nocet. Ex a priv. & apud immitis, rufis, duris, crudelis, fævus. Vel ab ovatis vitupero, quia duris & lenis radicibus aratum remoratur. B. *Prang-wortel*, *stal-kruïd* / *osse-bæke* / *Ezel-kruïd*. G. Hamhechel, stal-kraut, ochsen-brech. Gall. *Arreste-bœuf*, *bugrande*, *Bourande*. A. Cammock, rest-barrow, pettywhin.

ANONYMUS, melius *Euonimus* ; est arbuscula mali quasi nominis ex a priv. & ovata nomen. Ita quoque appellantur plante, quarum nomina incognita sunt. vid. *Euonymos*. Gall. *Fusam*, ou *Bonnet de Prêtre*.

ANOREXIA, est cibi fastidium, cum vel sine nausea, ex a priv. & ovata appeto, cupio. B. *Spijswalging* / *Hongerloosheid* / *onlust tot eten*. G. Eckel. Gall. *De-gout*. A. Loathing, or Nauseousness.

ANSERINA seu **ARGENTINA**, est herba sic dicta, quod anseres ea vescantur : dicitur porrò *Potentilla*, *Argemone*, *Agrimonia Sylvestris*, & *Tanacetum sylvestre*. vid. *Pentaphylloides*. B. *Zilver-kruïd* / *Zilver-schoon* / *Ganseryk*. G. Grensich, Genserich. Gall. *Argentine*, *Becq d'Oye*. A. Silver weed, Wild-tansy.

ANTACIDA, sunt Medicamenta acidum domantia ut sunt absorbentia, de quibus suo loco ; diluentia ut aqua & aquosa, vel obtundentia, que molli suo lentore inviscent acria ita, ut acies eorum hebetata amittat noxiā ; dum simul defendunt membranas ne offendantur à spiculis acidis ; unde & effecta horum jam impressa tollunt : obsunt tantum quandoque iis, quibus laxa nimis corporis compages ultra labefactaretur ; vel sunt quæ acidum immutant, talia sunt quæ, cum acidis mixta, statim cum hisce effervescunt, itaque motum cident, stimulant, agitantque, fibras ; postea vero, ipsis cum acidis unita, constituant novam salis speciem, in qua vis stimulans, diaphoretica, diuretica, resolvens, adhuc supereft : Malè cedunt tantum his, quibus nimius motus adeat infestus. Ac proinde sunt

sunt antacida medicamenta, vel Terrestria, vel Metallica, vel aquosa, vel alcalia volatilia, vel fixa, vel oleosa. Est vox mixta, origine Graeca & Latina. B. *Zuur-matigende middelen*. G. Mittelen gegen das Saur. Gall. *Remedes contre l'Acidité ou les Aigreurs*. A. Medicines against Acids.

ANTAGONISTA, est musculus alteri musculo in actione oppositus: ut adductor & abductor oculi, brachii, &c. ex *avri* contra, & *avrilæ* certo, oppono. B. *Tegenstander*. G. Segen-Ständer. Gall. *Antagoniste*. A. An Antagonist.

ANTAPHRODITICA, sunt Medicamenta adversus nimiam Veneris libidinem: imo contra luem venereum sumuntur, ex *avri* contra & *aphrodisiæ* spuma, orta mari Venus ex spuma. Vocantur quoque *Antaphrodisiaca*.

ANTARTHriticum, est Medicamentum adversus Arthritim, ex *avri* contra, & *arthritiæ* morbus articularis. B. *Fleettijn middelen*. G. Gicht stillende Mittelen. Gall. *Remedes contre la Goute*. A. Medecines against the gout.

ANTASTHMATICA, sunt Medicamenta, quæ ab asthmaticis usurpantur, ex *avri* contra & *asthma* anhelo.

ANTECEDENS CAUSA, vide *Proëgumena*.

ANTECEDENTIA, signa sunt, quæ ante morbum observantur, ut prava sanguinis dispositio, quæ infinitis morbis causa antecedens existit. Gall. *signes antecedens*.

ANTEMETICA, sunt Medicamenta, quæ vomitum nimium impediunt & inhibent, ex *avri* contra & *vomito* vomto. B. *Bzaken belettende Dingen*. G. Mittelen gegen das Brechen. Gall. *Remedes contre le vomissement*. A. Medicines against vomiting.

ANTENDEIXIS, est *Contra indicatio*, sive indicatio num contradicatio, quæ impedit, quod à prima indicatio ne suggestitur: ut Pleuritis inflammatoria vena sectioneni indicat, cui contraindicant vires debiles, ex *avri* contra & *inflammatio* ostendo.

ANTEPILEPTICA, sunt medicamenta contra morbum caducum, ex *avri* contra, & *epilepsia* invado.

ANTHELIX, est altera auriculæ protuberantia Helice multo brevior, latior, crassior, deppressior, non intorta, eique versus interiora opposita, bipartito, mediante cavi tate, principio orta in auriculæ parte anteriori & superiore sub intorta Helice, dein unita, incurvo proceſſu

deorsum vergens gracilescit, subsidet & desinit, videtur anfractuosa ipsius Helicis continuatio, quae sic quasi una lineâ spirali in se ipsum recurrit, ex arrâ anti, & xiz volumen. B. **Tegen Slangentrek der ooren.** G. Der Ge- gen-Craysz am Ohr. Gall. *la bosse ou la grosse eminence oblongue, qui est entourée du pli de l'oreille.* A. The inmost ring of the eare.

ANTHELMINTICA, sunt Remedia intestinorum vermes enecantia, ex arrâ & tauris vermis.

ANTHEMIS, & ANTHEMON, est nomen, quo vari flores denominantur: derivatur enim ab arrâ flos.

ANTHERA, dicuntur summitates seu cacuminula in florum medietate capillamentis incumbentia; & in primis quando illa sunt crocea vel rubra, ut in liliis, croco &c. ut & Medicamenta ex metallicis imprimis composita floridum colorem & præcipue rubrum habentia, ut sunt croci Chymici: ab arrâ flos vel arrângier, floridum, præruberum, sanguineum.

ANTHOPYLLI, & quibusdam ANTOHYLLI, & ANTOPHALA, sunt grandes Caryophylli, qui ad maturitatem pervenerunt, nucleo intus duro bifidoque; sapore non tam acres, ut Caryophylli, præterquam in superficie. Ex arrâ flos & folium, quamvis sit fructus Caryophyllorum maturus. B. **Noernagelen / Antoffels.** G. Mutter-Næglen. Gall. *Grands Geraffles, Mere de Geraffles.* A. Mother cloves. Arab. *Carumfel vel Calasfur,* ut & *Arumfel.* in Java *Syanke vel Chanque.* in Malaja *Synken.* Antophyllum est qualis floris folium. ex arrâ flos & folium, vide *Caryophylli.*

ANTHORA, est Napelli species, Remedium adversus Thoram, venenum pestilium, ex arrâ adversus, & folio corrumpo. Gall. *espece d'Aconit.*

ANTHOS, flos, sed per excellentiam sic vocatur Flos Rosmarini: applicatur etiam haec vox sputis cruentis, & sanguineis fibris quasi intertextis, & tandem ad mineralia transfertur, in Chymicis notat quintam effluentiam, sive Elixir auri, item Medicinam extractam ex perlis; sic anthos Philosophorum dicitur modus quidam transmutandi metallâ, qui fit per vitriolum.

ANTHRACOSIS OCULI, est crustosa & corrosiva oculi ulceratio, cum tumore totius corporis, præsertim circa

circa oculos. Causa quandoque est inflammatio oculi. B. *Een brand-oog.* G. Brand in Auge. Gall. *ulcere de l'œil caustique ou brulant.* A. A corrosive ulcer of the Eye.

ANTHRAX, est inflammatio valde ardens & acrem fuscitans dolorem, cum tumore elevato sed non late diffuso, cum pustulis igneis circum se acerrimis, variis in corporis locis absque suppuratione emergens; Caro quasi crusta inuritur, color ex rubro ad lividum, nigrumque, id est inflammatio ad gangrenam vergit. Jam quia vel pestis adest, vel non, Anthracis duas constituant species, quarum altera *pestilentialis*, altera non. Dicitur & *Carbo*, *Carbunculus*, *Pruna*, *Ignis persicus &c.* B. *Een pestkool/ negeen-oog.* Quia novem aliquando pustulae conspicuntur. G. Kohl oder ein Carbunkel-Blat, ein Pest-Kohl, Pestilentz Blätter, Carbunkel, ein Kohle. Gall. *Anthrac*, *Charbon.* A. A kind of bile drawing quickly to a sear, coale, carbuncle.

ANTHROPOLOGIA, est de homine doctrina: quæ à Bartholino in geminas dispescitur partes: *Anatomiam nempe;* quæ de corpore, ejusque partibus agit: & *Physiologiam*, quæ de anima. B. *Een Mensch-beschrijvinge.* Ex ἀνθρώπῳ, Homo, & λίγοι dico. G. Beschreibung der Menschen. Gall. *Description de l'Homme.* A. A. description of a man.

ANTHROPOMORPHOS, Mandragora vocatur, cuius radix hominem refert, quod arte fieri potest ex ἀνθρώπῳ homo, & μορφῇ formo, figuro.

ANTHYPNOTICA, seu medicamenta somnum abigentia, ex ἀρνὶ contra, & ἵππῳ dormio. Gall. *Remedes contre le sommeil ou le dormir.*

ANTHYPOCHONDRIACA, Remedia sunt adversus mala, circa Hypochondria contingentia. Gall. *Remedes contre l'Hypochondrie.*

ANTHYSTERICĀ, sunt Medicamenta contra Hystericā passionem, ex ἀρνὶ adversus, & uterū uterus, matrix. Gall. *Remedes contre les Vapeurs.*

ANTIARTHITICA, sunt Medicamenta, quibus arthritis curatur, ex ἀρνὶ & ἄρτρον dolor articularis. Gall. *Remedes contre la Goutte.*

ANTIAS, pl. ANTIADES, TONSILLÆ, *Cic.* Plin. *Glandulæ Colli*, vulgo *Amygdalæ*, quas & E 3 ta,

tamen non adeo accurate referunt. *Αντιάδης*, μῆλα à malorum figura *προστυπία*, σπόριο Hipp. quod spongiorum in modum humores imbibant. Sunt glandulae duee conglobatae, quae revera unum corpus constituunt, ad latera uvulae consistae. *Substantia glandulosæ*, colore subilavo; tamen molles: sinum habent utrinque unum communem amplum & ovalem in os apertum, intra cuius fimbriam duos maiores & plures minores sinulos obtinent. *Usus* est, materiam mucosam colligere, eaque vicinas partes humectare. Sunt etiam tonsillarum inflammations. B. *Gezwolle Amandelen*. G. Entzündung der Mandlen. Gall. *les Amygdales enflammées*. A. Inflammation of Almonds. Vide *Paristhmia*. Ab *avriā* occuro, quia sibi ex adverso in oris termino utrinque respondent. B. *v' Amandelen*. G. Mandeln, Halsz-Mandlen, Mandlen. Gall. *Les Amygdales*. A. The Almonds.

ANTIBALLOMENA, sive **SUCCEDEANA**, sunt Medicamenta viribus similia, quæ alterius defectu quandoque substituuntur: à Pharmacopœis dicuntur *Quid pro quo*, & *substituta*. Ex *avri* contra, & *βάλλω* jacio, *avris* *βάλλω* in alterius locum sufficio.

ANTIÇACHECTICA, sunt Remedia malè constitutum sanguinem corrigentia, ex *avri* contra, *xanxō* malum, & *βέλη* habitus. Gall. *Remedes contre la Cachexie*.

ANTICARDIUM, est cavitas externa infra mammas in medio pectoris sterno insculpta, ex *avri* ante, & *καρδία* cor. B. *Het herte putjen*. G. Grueblein auf der Brust. Gall. *Le Creux de la Poitrine*. A. The cavity just below the sternon.

ANTICIPANS & ANTICIPATIO, dicitur de morbis, quorum Paroxysmorum periodi citius veniunt indies. B. *Betvoegen van de zielte*. Gall. *Paroxysme qui avance*.

ANTICNEMIUM, est anterior tibiae pars, ex *avri* ante, & *κανέν* tibia. Vide *Gastrocnemium*.

ANTICOLICA, sunt Medicamenta aduersus dolorem colicum, ex *avri* contra, & *κολια* venter, alvus, Gall. *Remedes contre la Colique*.

ANTIDINICA, Remedia, quibus vertigines curantur, ex *avri* aduersus, & *διρό* gyrus. Gall. *Remedes contre les vertiges*.

ANTIDOTUM, est Medicamentum contra lethala

ye

venenum, & quod adversus venena epota datur, ex ἀντι contra & διάσπασμα do. B. *En tegengift / tegen vergift.* G. Artzney wider Gifft. Gall *Preservatif, contrepoison, antidote.* A. An Antidote, or a preservative against poyson.

ANTIDYSENTERICA, sunt Remedia adversus dysenteriam, ex ἀντι contra δύση difficile, ἐντερίον intestinum, & εξόφυλο. Gall. *Remedes contre la dysenterie.*

ANTIFEBRILE, vide *Antipyreticum.*

ANTIHECTICA, sunt Remedia adversus tabem, ab ἀντι contra & ζέτη habitus. Gall. *Remedes contre la consommation.*

ANTIHELMINTICA sunt Medicamenta, quæ vermes in intestinis hospitantes necant & expellunt. B. *Wurmkruide.* Gall. *Remedes contre les vers.*

ANTILOBIUM, dicitur pars illa exigua in Auricula, quæ infimæ parti, quem lobum appellant, superposita est Gr. ἀρτιλοβίον.

ANTILOIMICA, Remedia pestem arcentia: λοιμώδες enim pestis est. Gall. *Remedes qui préservent de la Peste.*

ANTILYSSUS, est compositio adversus rabiem, ex ἀντι contra, & λύσαι rabies.

ANTIMONIUM, est minerale, metallis affine, constans primò ex sulphure minerali, partim purissimo & solari, eoque in rubedine fundato, partim combustibili, instar alterius sulphuris. Secundo, ex copioso Mercurio metallico indigesto, fuliginoso, (coagulato tamen, magisque cocto, quam est Hydrargyrum,) participante de Saturno. Tertio, ex substantia quadam terrestri & salina perpaucata. Quod in officinis prostat, liquefactione ex minera est fusum, inque formas pyramidales ut plurimum effusum. Minera in Officinis raro prostat. Invenitur in Germania, Hungaria, & Transylvania, dicitur & stibium: est propriè substantia metallica, solida, ponderosa obscuri, cœrulei, plumbi coloris, Striasque habet splendentes & longas. Componitur ex vero sulphure fossili, & parte metallo quam simillima cui si malleabilitas conciliari posset, vera metallica indeoles ineflet; foretque septimum metallum ductile. Hanc verò rationem purificandi stibii ignotam hactenus fatentur; licet Boyleus verum, fluidum, Mercurium arte secreta inde eleatum asserat, idque vel Tirones hodierni & Thrasones, in arte

jaçtent se posse. Fusile in igne, quin & cæteris facilior rem fusionem fossilibus conciliat. Ut verò fragile ipsum, ita & admistu suo ductilia ipsa fragilia reddit. Quin immo & volatile ipsa cæterum fixa vi ignis, si permiscetur, facit volatilia, vix ullo perfectè excepto. Auri fulgorem pulcherrimè promovet. Denique Arsenico albo assimilic ingenium videtur possidere. B. *Antimonie / Spiesglas / Spitsglas.* G. Spiez-Glasz. Gall. *Antimoine.* A. Antimony. Hebreis *Zaddah.* Gr. *ειμηνιον,* *εισθιανη.* Arab. *Altmad* & *Antimad.* Latini quoquè *Stibium* appellant. A. Chymicis etiam varia sortitur nomina.

ANTINEPHRITICA, sunt Medicamenta morbis renum medentia. Ex *avri* contra, adversus, & *rsphæd* ren. Gall. *Remedes contre les malades des Reins.*

ANTIPARALYTICA, sunt Medicamenta tam interna, quam externa contra Paralyzin probata. Gall. *Remedes contre la Paralysie.*

ANTIPATHIA, est contrarietas & repugnantia in corpore per se, vel Medicamentis. Item fastidium & abhorrentia alicujus rei sine manifesta causa. Ex *avri* contra, *πάτω* affectus. B. *Tegenstrpdigheid.* G. Widerwertigkeit gegen ein Ding. Gall. *Antipathie.* A. Antipathie.

ANTIPERISTASIS, est aëris circumfidentia, quemadmodum in fæno, madidè nimis in metu aggesto. Ita aër frigidus corpora nostra ambit, effluvia decedentia intus tenet, ex *avri* contra, & *περισταυμα* circumfistio. B. *Gentron-donbezetting / tegen-drang.* G. Pressueng defz Luffts. Gall. *Antiperistase.* A. A repulsion on every part.

ANTIPHARMACUM, est Remedium venenis adversum. Significat quoque Remedium contra quemvis morbum: ex *avri* contra, *φάρμακον* Venenum, Remedium. B. *Gentegen-gift.* G. Wider-Gifft. Gall. *Contrepoison, Antidote.* A. An Antidote, or a preservative against poison.

ANTIPHTHISICA, Medicamenta Phthisi seu tabi adversantia. Ex *avri* contra, & *φθίσις* tabes. Gall. *Remedes contre la Phthisie.*

ANTIPTHORA, est Napelli vel Thoræ species, sic vocata, quod adverferetur phthoræ; ex *ori* adversus, & *φθορα* corruptio, à *ορια* corrumbo.

ANTIPLEURITICUM, est Medicamentum pleuriticum seu adversus morbum Lateralem, ex *ārri* ante, & *πλευρίτις* Morbus Lateralis. Gall. *Remede contre la Pleurie.*

ANTIPODAGRICA, Idem quod *Antiarthritica*.

ANTIPYREUTICUM, seu **ANTIPYRETICUM**, est Medicamentum febrim temperans & profligens. Ex *ārri* contra, & *πυρετός* incendo. B. *Tegen-hoozig middel.* G. *Feder-Kraut*, Mittlen vor Fieber. Gall. *Febrifuge*. A. *A Febrifuge*.

ANTIQUARTANARIUM, & **ANTIQUARTIUM**, Medicamentum est adversus febrim quartanam. Gall. *Remede contre la fièvre quarte.*

ANTIQUI MORBI, sunt, qui ultra quadragesimum diem ad annos saepe plurimos extenduntur, ideoque & inveterati dicuntur. B. *Verouderde ziekte*. G. *Langwirige Krankheit*. Gall. *Maladie inveterée*. A. *Old Diseases*.

ANTIRRHINUM, est planta, qua Folia habet Linariae latiora, flores monopetalos, perlonatos, parte posticâ caudâ carentes, bilabiatis, labio superiori erecto, inferiore trifido, vultum Leonis formante; totus flos, si à suo calice auferatur caput refert vitulinum, post singulos flores pistillum floris calicis quinquisidi fit capsula; quae per maturitatem refert perfectissime caput canis vel suis, quae continent semina exigua, nigra; radix est alba & lignosa; haec planta ab una parte nempe posteriori perfecte caput vituli refert, ab altera rictum Leonis. Dici volunt quod florem ferat tanquam uares vituli; ex *ārri*, & *βισ* natus, nares: vocatur & *Cynocephalos* à *κυνός* canis, & *κεφαλή* caput, quia ejus fructus canis caput refert. B. *Orant* / *Apenn-hoofd* / *Inaptandekens-kruid* / *halfs-snuit* / *gaperkeng* / *halfs-beet* / *halfs-muil* / *halfs-neus*. G. *Kalb-Schnabel*, Lewen-Maul. Gall. *Mouron violet*, *Musle de veau ail de chat*, *teste de veau*, *gueule de veau*. A. *Calfes Snoute*, *Snap dragon*.

ANTISCOLICA, sive *Anthelmintica*, sunt Remedia vermes necantia. Ex *ārri* aduersus, & *οξεῖς* vermis. Gall. *Remedes qui tuent les vers*.

ANTISCORBUTICA, sunt Remedia, quibus scorbutus sanatur. Gall. *Remedes contre le scorbut*.

ANTISCORODON, est Alii species. Ex *ārri* ante, ad *versipē* & *Σπάρτεον* allium.

ANTISPASIS, Veteribus dicebatur *sanguinis revulſio*. Quæ siebat, quando humores in partem aliquam ruentes in contrarium, per venam, in parte opposita vel satis remota, incisam, avertebantur. Sic accipi potest revulſio, in æquali sanguinis periodo, cum in capitis dolore nimium ruat ad caput, & per supplantalia avertatur; ab *avulsione* in contrarium traho. B. *Aſtrechtinge*. G. Ableitung. Gall. & A. *Revulſion*.

ANTIPASMODICUM, est Medicamentum contractiones & spasmos inhibens, ab *avulsione* contraho. Gall. *Remedes contre les convulsions*.

ANTISPASTICUM, idem quod *Antispasis*.

ANTITASIS, seu **CONTRAEXTENSIO**, est partium in corpore opposita locatio, ut est inter Hepar & Lienem: est quoque ossis fracti in oppositum tractio vel extensio, ita ut alter extendat, alter verò contra extenda. B. *Tegentrekking*. G. Gegen-Streckung. Gall. *Contre extension*. Ab *intervallum* ex adverso ordino.

ANTITHENAR, sive Adductor, est unus ex musculis pollicem manus vel pedis extendentibus, qui ad pollicem manus reperitur, oritur ab osse Metacarpi digiti medii, & inseritur phalangæ primæ & secundæ; qui verò est in pede oritur ab osse cuneiformi tertio, & inseritur in osse famoideum internum. ex *avri* contra, & *strix* vola.

ANTITHORA, Idem quod *Anthora* & eadem origine.

ANTITRAGUS, est prominentia auris externæ ab Helle oriunda, trago opposita ad finem Anthelice sita, ei- que terminum figens, satis elevata. Ex *avri* contra, & *tegeli* hircus. B. *De tegen vol*. G. Der gegen Bock. Gall. *Le bouton postérieur qui est au dessus de l'extremité inférieure de l'Anthelix*. A. Protuberance opposite to the Hrangus.

ANTIVENERA, Medicamina ad Luem Venereum. Gall. *Remedes contre la verole*.

Ανθεωπικός, *Mandragora*, ex *άνθεωπος*, homo, & *μορφή*, figura, quo ejus radix effigiem hominis repræsentet.

ANTRUM BUCCINOSUM, idem quod *Cochlea*.

ANUS, *PODEX* & *CULUS*, est intestini recti extrema pars, constat ex tribus musculis, duobus nempè levatoribus, anum tempore necessitatis relaxantibus, & uno sphinx.

sphinctere sive constrictore, qui anum claudit & occultum servat. Item cavitas in cerebro, ex contactu quatuor truncorum spinalis medullae, orta. hem cutis superans umbilicum, cuius rugae senii indicium faciunt. *Corrugata vetula à Barbaris.* Gr. περιτός. B. *Denkars.* G. Arsz, der Hinder. Gall. *l'Anus, le Fondement, le trou du derrière.* A. The arse, or Fundament.

ANYDRON, vocatur species Solani maniaci, dicta forte, quod qui eam gustaverint, sitiant. ex a pr. & odore aqua.

AORTA, sive ARTERIA MAGNA, est vas quod circulari orificio ex sinistro ventriculo cordis oritur, ascendit, superato pericardio sursum parum it, mox retrorsum, paulo sinistrorsum, in arcum se flebit versus spina, descendit deinde; ramos ascendentibus ex ipso arcu tres habet, unum Innominatum, & duas carotides, quae omnes partibus superioribus prospiciunt, ramus ille Innominatus, ubi ad pollicare circiter spatium adscendit, bifidus evadit, sic ut unus ramus lateraliter dextrorsum sub claviculam dextram tendens subclavia vocetur dextra, atque ad Axillam tendat; alter carotis dextra vocatur. Inferius per trunco descendens, visceribus ramificationibus prospicit: Ulterius deinde facta descensione ad femora & pedes terminum consequitur. Tota haec arteria similis est reliquis arteriis, nisi quod habeat membranas & fibras fortiores, ab aere, & terrena servo, quia antiquis persuasum erat, in ea aërem contineri. B. *De groote flag ader.* G. Die grosse Pulsz-Ader. Gall. *l'Aorte, la grande artére.* A. The great artery.

APAGMA, est ossis vel alterius partis, de loco proprio abductio, ex a priv. & παγμα compingo.

APANTHISMUS, est obliteratio alicujus partis in corpore, ita ut prius vestigium amplius reperiri non possit; quod canaliculo arteriolo circa cor & Venae in Hepate Fætus existenti, dum postea adolescit, contingit, ab *πανθίσμῳ* defloreo. B. *Derwassinge.* G. Verwachung. Gall. & A. Obliteration.

APARINE, seu Asperugo est planta quæ habet caulem tenuem, debilem, quadrangularem, flexilem, aliis plantis adherentem, asperum, viridem; folia parva, lata, oblonga, viridia, Rubiam referentia, caulem stel-

lae forma ambientia, horridis suis spinis vestibus adhaerentia; Flores parvos, in spicas congetos, in quatuor partes divisos; Bacca post florem succedit, duo semina ferè sphærica, sibi invicem adhaerentia, continens, hæc semina in medio parùm sunt excavata, cutim siccum, nigram, & pulpam albam continentem, habentia; Radix est valde parva. Gr. ἀπαγίν πίν enim est lima. Gr. ο' μφαλόκορπος, & φιλάνθρωπος, vide suo loco. B. Kleef-kruid. G. Klebkraut. Gall. Reble. Grateron. A. Cleavers or Goose-grass.

A PATHIA, est affectuum vacuitas, ex a priv. & πάθει patior.

APELLA, vel RECUTITUS, est is, cuius præputium est abscessum; qualis mos Hebræis, Turcis, Ægyptiis &c. familiaris est. B. Besneden. G. Beschnitten. Gall. Circoncis. A. Circumcised. Sic etiam dicitur cuius præputium ita contractum est, ut glandem tegere nequeat.

APEPSIA, est abolita ciborum in ventriculo concoctio, ex a priv. & πάθει coquo. B. Onverterting / versteerloosheid. G. Verhinderte Kochung der speisen. Gall. Apepsie, Indigestion. A. Indigestion.

APERIENTIA, sunt medicamenta, quæ tenuibus particulis profunda penetrando ea quæ occludunt meatus & crassæ sunt attenuando & expellendo, corporis poros, atque meatus aperiant: horum tres classes sunt, quarum prima continet ea, quæ vasa laxant, 2°. quæ liquida attenuant, resolvunt, ac diluunt. 3°. quidquid, postquam vasa laxata sunt, & liquidum attenuatum, utraque in motum agit, & circulationem promovet. B. Openende din- gen. G. Oeffnende mitlen. Gall. Remedes desoppilatifs, en Apertifs. A. Apertive medecins.

APERISTATOS, est ulcus cavum non magnum, nec ulli graviori noxa conjunctum, ex a priv. & πάθει circumfuso. Unde Galenus Απεγίσαται εἰλην ulcera cava. B. Holle zweren. Hoele geschwær. Gall. Ulcere Crenx. A. hollow ulcer.

APEX, ab ἀπὸ τῆς ἡχῆς, seu à resonitu, quod sit fractura cranii parte, ei quæ percussa est contraria: dicitur etiam infortunium.

APES, sunt volitantia animalcula Mel & Ceram ex plantis colligentia, quod sine pedibus primò esse dicantur.

tur. B. *Bpe.* Gall. *Mouches à miel, Abeilles.*

APHACE, est leguminis species. Habet hæc planta folia triangula, integra, ex adverso bina ex nodis caulinum, ex quorum alis prodeunt clavicolæ; siliqua est fæta feminibus subrotundis; radix annua, fibrosa. Ex & priv. & $\varphi\alpha\chi\delta$ lens, quod lentem minimè referat. Dicitur etiam Os Mundæ.

APHÆRESIS, est Chirurgiæ pars, superflua auferens, ab $\alpha\phi\mu\zeta\omega$ tollo.

APHONIA, sive *Loquela abolita*, unde muti; quales primò sunt qui surdi, & ideo quoque *Muti* nascuntur. *Secondi* infantes, qui et si non in lucem prodeunt surdi, ad tempus tamen muti sunt, donec fari & loqui didicerint. Sed *Tertii*, si lingua varia, quæ homines, quos una coniunxerat ratio, diversâ oratione distinxit, spectemus. Nemo, etiamsi vel loquacissimus, non erit mutus. Jam *Quarti*, senes, qui solent bis pueri esse, inter alia muti ex parte fiunt. Sed *Quinti*, qui Apoplexiâ, somno qualunque, Epilepsia, Paraplegia, Hemiplegia, Syncope, Suffocatione Hypochondriacâ & aliis morbis laborant, ad tempus muti sunt, aut si placet, obmutescentes, ut etiam, si graviter consternuntur, contristantur, metuunt, irascuntur, sœpe obmutescere solent, denique qui moriuntur in articulo saltem mortis muti sunt; sed alius quoque causus reperitur, si quis cæteroquin non admodum æger, mutus evadit, aut aliquandiu aut semper manet: Atque ex his conitat mutum quem esse, aut obmutescere in morbis soporosis, paralysi spinalis medullæ, in lingua obstruta, in augentibus faueibus &c. Ex & priv. & $\varphi\alpha\chi\delta$ vox. B. *Sprakeloosheid / Stemmeloochheit.* G. Sprachlosigkeit. Gall. *Muet.* A. Dumbness.

APHORISMUS, est oratio, quæ omnes proprietas brevissimis verbis circumscribit, ab $\alpha\phi\mu\zeta\omega$ determino. B. *Schei-regel / körthbondige spreuk.* G. Kurtzer Spruch. Gall. *Aphorisme, Sentence.* A. A Short Sentence.

APHRODISIA PHRENITIS, ab Aphrodita sive Venere, dictus est insanus & ardens amor in puellam. B. *Dolle verlieftheid.* G. Wuetende liebde. Gall. *Rage d'Amour, Amour furieux.* A. A Raging desire after Venerie.

APHRODISIUS MORBUS, idem quod *Lues venerea & Aphrodisia.*

78 LEXICON

APHRONITRUM, est Nitri spuma, ab $\alpha\phi\beta\delta\sigma$ spuma, & $nitrum$. B. **S**alpeter-schuum. G. Salpeter-schaumi. Gall. *Ecume ou fleur de Nitre.* A. Scum of the Niter or salt peter.

APHTHE, sunt parva, rotunda, superficiaria ulcuscula, occupantia os internum, fauces, cesophagum, ventriculum, intestina tenuia; variè colorata, alba, flava, fusca, livida, nigra; videntur esse exulcerationes tenuissimorum ductuum salivosorum & mucosorum, factæ ex obturazione ejus ductus extremi per humorem lentuni viscidumque eo delatum: Solent frustulatim decidere, & aliquando recrescere; imprimis observantur in Infantibus, vel in adultis, morbis acutis & viscerum inflammatione laborantibus. Oscedo Sereno & Isidoro. Alcola Arabibus. Item Bothor, ab $\alpha\phi\beta\delta\sigma$ locum occupare: aliis ab $\pi\pi\lambda\theta\alpha$ incendi. B. **W**e **S**prouw. G. Saar, Schwämme, & propter albedinem quasi os totum albâ farinâ esset conspernum, den meel-hund appellatur. Gall. *La Pepie.* A. The Pipp.

APHYANTHES, quasi dices flos non foliatus, ex priv. φύλλον folium & ἄρθρον flos.

APIASTRUM, est Melissa, sic vocata, quia ab apibus adamatur. Vide *Melissophyllum*. Item *Ranunculus* est, vide *Batrachium*.

APICES, seu ANTHERA, quæ in medio calicis seu folliculi quo flos clauditur, erumpunt, Stamina sunt, quæ veluti filamenta ab intimo floris finu profiliunt. Habent Apices sepius in summo quidpiam crassiusculum, à qua similitudine nomen acceperunt, dicuntur & capitula, quæ geminis constant loculis aut cistellis cavis capsula membranacea per medium in duos recessus divisæ, qui coloratum plerūque pulverem continent: cuius granula (ut ex optimis observationibus constat) in qualibet plantarum specie definitam ut plurimum formam asseunt: hæc autem capitula partim ab apparente illorum figura, partim ab eo, quo funguntur, officio, non inepte testiculos appellant recentiores Botanici; planta enim, ablatis, antequam sua subierunt munia, capitulis, producere pergit femina, quæ, quamquam apparent pulcherrima, nunquam tamen evadunt prolifera, eodem perfectè modo, ut in subventaneis animalium ovis contingit; unde

talia hujusmodi plantarum semina ex analogia non siccundatis animalium ovis comparari possunt. Vide *Anthera*. B.
Noppen. G. Sipffels. Gall. *Sommets*, *Bourgeons*. A. The
Chives.

APINTHION, vide *Absinthium*.

APIOS, Tithymali species est; caulis ejus scandens; folia bina, quali conjugata ad costam in folium impar de-
sinetem; pistillum vaginā obvolutum, abit in filiuam
tricapsularem, quarum singula continet semen oblongum;
radix tuberosa est, pyrum referens, latior à parte supe-
riori quam ab inferiori, externè nigra, intus alba, plu-
rimū lactis continens. ιχθ., χαρακάδαν., Lat. Ra-
phanus Sylvestris, vulgo Rard-noot. Ita dixerunt gra-
ci quod radicis extreum in pyri formam turbinatur. Ea-
dem etiam ratione *Ifchias* & *Chamabalanos* ab iisdem no-
minata est, quod in ficus & glandis effigiem radicis ex-
tremum turbinetur. Quapropter non ineptè Latinis etiam
Glans aut *Ficus*, seu *Carica Sylvestris* nominabitur: ιχθ.
enim est *Carica*, quia ιχθ., siccando gracilis facta. χα-
ρακάδαν. venit à χαραι humi, in terra, & βάλανος nux,
glans.

APIUM, est planta culinaria, quae habet caulem cra-
sum, striatum, excavatum, & viridem; folia Petroselini,
sed majora, viridia, splendentia, polita, succum odoris
penetrantis, & ingratia habentia, præsertim si folia con-
tunduntur faporis fortis & ingratia. Flos umbelliferus, al-
bus vel luteus, cuius calix abit in duo semina striata, cur-
ta, crassicula, grisea, faporis acris & ingratia; radices
in pluribus edules, carnosæ, crassæ, rectæ, albæ, pro-
fundè in terra repentes, in multos ramos plerūque divi-
sa; in omnibus excepto aniso fatis longæ, à cicuta distin-
guendæ odore & sapore, in plerisque radix est annua,
sed tamen non in omnibus, fapor aromaticus quodammodo.
Crescit hæc planta in fossis & humidis locis: Apium
dicitur ab apice, quia olim apices id est capita victorum
in certaminibus eo coronabantur; alijs ab apibus dictum
volunt, quod apes apio & petroselino delectentur. Σιλινός
à Lunæ dominio vocatur, Eleofelinum ab ιαν. palus &
Σιλινός Apium. B. Eppé / Jussrouw merk. G. Epff,
Eppich, Epflich. Gall. De l'Acce, Apium, Persil des ma-
rais, A. Partley, Smallage.

APIUM RISUS, vide *Risus Apium*.

APIUM SYLVESTRE, idem quod *Batrachium*.

APNOEA, est respiratio ad sensum, vel in totum absita, ex & priv. & $\pi\pi\pi$ respiro.

APOCHYLISMA, **SUCCAGO**, **ROBUR**, **ROB**, & **ROHOB**, est succi cuiuscunq[ue] ex vegetabilibus, cum saccharo aut melle, in duriusculam sapæ consistentiam coctio & inspissatio, hinc *Rob Ribesorum*. ab $\alpha\pi\alpha\chi\omega\lambda\zeta\omega$ succum extraho. B. *Conserve* / een $\ddot{s}jelei$, een $\ddot{g}elp$. G. *Conserf*. Gall. *Conserve*. A. A *Conserve*.

APOCLASMA, est partis cuiusvis in corpore abruptio, ab $\alpha\pi\alpha\lambda\omega$ abrumbo, defringo.

APOCOPE, est partis abscessio, ab $\alpha\pi\alpha\chi\omega\lambda\zeta\omega$ abscindo. Vide *Extirpation*. B. *Een extirpatie* / afzettinge. G. Abschneidung. Gall. *Extirpation*. A. A Cutting of, an extirpation.

APOCRISIS & APOCRISIA, est id quod ex abundantia quasi è corpore eliminatur, ab $\alpha\pi\alpha$ ab. & $\pi\pi\pi$ secerno.

APOCRUSTICUM, est auxilium constringendi (secundum Veteres & non ad Neotericorum mentem) & repellendi vim obtinens. Ast nulli repelluntur succi, ob sanguinis periodum, ab $\alpha\pi\alpha\chi\omega$ repello. B. *Een te sameit en te rug trekkend middel*. G. Zurueck treibend mittel. Gall. *Remede Repellent*. A. Repelling Medecines.

APOCYNUM, est planta que crevit ut arbuscula, dimittens ramos rectos ad altitudinem circiter trium pedum; folia habet oblonga, ampla, crassæ, instar Aloës caulibus adversa, alba, succum lacteum continentia, amarum & acrem: flores nascuntur ad foliorum extremitates instar aristæ, sunt campaniformes, quinquefidi, flavi; radix longa, fibrosa, fortis: haec planta crescit in Ægypto, ubi vocatur ossar, & fructus ejus, qui pugni magnitudinis est, & oblongus dicitur, Beidel-far, quasi Beidel ossar, quod Arabice notat ovum ossar; in ejus fructu reperitur lanugo, quæ utuntur incolæ ad inferendum inter stragula & in culcitrīs. Haec planta omnes quadrupedes & presertim canes in cibum data necare traditur, componitur ex & priv. significans ab, & $\pi\pi\pi$ canis. B. *Honden-dood*. G. Hunds-todt. Gall. *Apocyn*. A. Dogs-bane.

APG

APODACRYTICUM, est Medicamentum lachrymas excitans : sed aliis est collyrium lachrymarum effusio- nem desiccans & cohibens, ab ἀποδακρυώ lachrymas ex- cito.

APOLEPSIA & APOLEPSIS, est spirituum anima- lium & sanguinis interceptio. Vel est medius status inter Apoplexiā & Paralylin, vel est Apoplexia species, sive subitanea & fugax vocis interceptio cum sensus & motus omnimoda frustratione, ab ἀπολαμψίᾳ intercipio. Idem quod *Catalepsis*.

APOMELI, est oxymel, seu decoctum ex aceto & melle, ab ἀπό de, & μέλι mel, quasi de melle coctum.

APONEUROSIS, est finis, cauda seu chorda muscu- lorū; dicitur etiam tendo, ex ἀπό de, & στρεψη nervus; nec male, cum Musculus totus contractare ex nervis vide- tur, quorum finis est Tendo. B. *Een Peze*. G. Spann- ader. Gall. *Aponeurose*. A. A Tendon.

APOPHLEGMATICA, videatur *Apophlegmatismus*.

APOPHLEGMATISMUS, vocatur medicamentum, quod lentam, subalbam, pituitosam materiam, secretam ex membrana pituitaria, nares earumque ossicula, sinus frontales, maxillares, ossis cuneiformis &c. investiente, generat, dissolvit, eliminat : sive id fiat specie Errhino- rum, Gargariimi, Masticatorii, Collutorii, Linctuum, vel fumi, hinc apophlegmatismus reducitur ad Ptarmica sive Erthina, & fialagoga, sive salivam moventia, quia haec omnia, qua pituitam educunt, agunt vel per nares elicendo vel per os; hinc apophlegmatismus dicitur φλεγμα pituita, & φλεγμα ardeo, quia veteres videbant sanguinem ustulatum fieri densam pituitam, unde similiter in corpore animali pituitam provenire putabant. B. *Erit* spm-zuverend m.ddei. G. Schleim aufreibende mit- tel. Gall. *Masticatorie*. A. A Masticator.

APORTHORA, est abortus, sive foetus immaturi in lu- cem editio, ab ἀποθρόνῳ corrumpo. Vide *Abortus*.

APOPHYYSIS, PROBOLE, ECHYSIS, PROCES- SUS, PRODUCTIO, PROJECTURA & PROTUBE- RANTIA, est pars ossis non contigua ut Epiphysis, sed cum osse continua, & ultra planam superficiem protuberans. Ut processus Pterygoidei, Mammiformis, &c. Ab ἀποφύσῃ produco. B. *uitwasschen/ uitsteksel*, G. *Auszwachs*.

Gall. *Eminence de l'os ou Apophyse.* A. Proceres of bones.
APOPLECTICÆ VENÆ, sunt venæ jugulares, male, ab Antiquis *Soporales dictæ.*

APOPLECTICA, sunt Medicamenta adversus Apoplexiam. Gall. *Remedes contre l'Apoplexie.*

APOPLEXIA, ATTONITUS STUPOR MORBUS ATTONITUS & SIDERATIO dicitur. Est sopor in quo ægri subito concidunt, & jam prostrati, neque movere, neque loqui, neque si pungantur, quod sentiant, testari possunt, jacentes supini flaccidis membris ut in paralysi, cum respiratione parva ac difficiili sive anhelatione, stertentes ac si dormirent vel moverentur, palpebris clausis aut contractis; sed pulsus & faciei color remanent, nisi gravis sit Apoplexia, jam deliquit & morti manum porrigena, sed ore etiam patulo, & hiante, ex quo humor, & spuma effluunt, aëris subcidium quasi petunt; denique urina, alvi faeces & semen solent exire, atque nisi in Paralyxin mutetur Apoplexia, aut aliter solvatur, mors brevi instat, quando cum respiratione pulsus magis magisque deficit, & extrema frigere incipiunt; facies quoque ruborem cum pallore mutare, & stertor qui ab initio adest primum major fieri, deinde minui & cessare, atque ita accum est. Oritur à quacunque causa impediente spirituum animalium affluxum & effluxum ex Cerebro per organa sensuum & voluntatis, superstite Cerebello libero, ab ~~æ~~re ~~æ~~terno percutio. B. *We popelspe / geraaktheid / he roertheid / de hand Gods.* G. Der schlag, tropff, Got tes hand. Gall. *Apoplexie.* A. An Apoplexy.

APORRHOÆ, sunt effluvia sulphurea & vaporosa, per corporis poros & spiracula cætera, exhalantia ab ~~æ~~roffis defluo. B. *nitvloeselg.* G. Aussteigung der dunsten. Gall. *Exhalations.* A. Exhalations.

APOSITIA, est alimentorum fastidium, ex ~~æ~~re de, & ~~æ~~re cibus. B. *Een spijswalg / hongerloosheid.* G. Skel, unlust zum essen. Gall. *Degout.* A. Nauseousness.

APOSPIASMA nominatur, si partium organicarum & compositarum unitas solvatur & quæ diversi generis contra communem ordinem inter se compacta sint, atque coauerint, disjungantur, divisis & abruptis ligamentis, filamentisque illis fibrosis, quibus conjugebantur: Ut cum cutis à membrana, membrana à muscularis, muscu-

lus à musculo, atque omnino partes, quæ prorsus inter se cohærebant, disjungantur. *Αποστασία* est particula avulsa, ab *ἀποστάσιᾳ* detraho. B. *Van ten-scheuring*. G. Abreissung, abtrennung. Gall. *Solution*. A. A separation.

APOSCEPARNISMUS, est fracturæ craniæ species, quando pars quedam planissimè est elevata, ab *ἀπὸ* ab, & *Στιταῖον* fascia, dolabra.

APOSTASIS, vide *Apostema*.

APOSTEMA Plinio, **APOSTASIS** Hippocr. **METASTASIS**, & **ABSCESSUS** Celso. Est exulceratio sæpe post crisi relicta: verūm *Apostasis* & *Metastasis* in eo quandoque differunt, quod *Apostasis* de accurata crisi: (Ut vocant,) *Metastasis* verò de translatione materiae ab una parte in aliam dicitur, ab *ἀπίσται* vel *μεταβίσται*, transfero, sejungo, absistere facio. Notat propriè tumorem purè impletum, quod cavitate quādam non limitatā continetur, intra partes solidas corporis vi morbo facta; trīpli generatur modo in quadam parte, 1°. Ex præcedenti inflammatione istius partis in suppurationem conversa, 2°. Si alicubi in corpore ex facto abscessu aliundē deponatur pus. vel 3°. Si materia morbum faciens, priùs per totum corpus dispersa, in unum locum colligatur, & in pus conversa reperiatur; hæc duo ultima genera *Metastases* dicuntur, aut crises per abscessum. B. *Een Apsteunie*, *een verzweeringe / etter-gezwel*. G. Ein geschwär apstern. Gall. *Apothume*, *abcès*, *suppuration*. A. An A-
postume, an impostume.

APOSTOLORUM UNGUENTUM, sic dictum à duodecim ingredientibus, quod numero Apostolorum respondet: est vulnerarium.

APOSURMA, est ossis vel cutis abrasio, ab *ἀποσύρει* detraho, abrado.

APOTHECA, est vas aut capsula in qua medicamenta conservantur: ita etiam officinæ pharmaceuticæ appellantur; ex *ἀπό* de, & *θηκή* pono, hinc.

APOTHECARIUS, qui Medicamenta præparat.

AFOTHERAPIA, est curatio seu medela: Item exercitatio, quæ & excrementa purgat & à lassitudine tutum reddit, in genere notare potest curationem absolutam, si ve ad finem perductam; ab *ἀποθεραπείᾳ* medeor; vel finem perfectæ exercitationis significat, & postremam partem,

quando adhiberi solet vel frictio , vel uncio , vel balneum , ad laetitudinem tollendam. Ea pars quoque medicinae , quae hoc docet Apotherapeutica propterea dicitur.

APOTHERMUS, est condimentum acre , cuiusmodi est, quod ex Sinapi, oleo & aceto, vel aceto solo fit.

APOZEMA, DECOCTUM *Plin. ap. 4. nra.* Decoctus *Plin.* Pharmacopæi decoctionem nominant. Est decoctio ex Radicibus, Lignis, Corticibus, Herbis, Floribus, Frustris, Seminibus &c. Quæ in aqua aliove liquido coquuntur ad remanentiam ut plurimum unciarum duodecim, quindecim, vel viginti. Estque purgans, laxans, alterans, exsiccans, cephalicum, stomachicum, diureticum, splenicum, hepaticum &c. ab *anolo* deferveo. B. *Een Apozema / een drank / afzietsel / kooksel.* G. Ein Getränk aus waffler und gewurtz gefosten. Gall. *Apozème, Decoction.* A. An Apozeme or decoction.

APPARATUS MAJOR & MINOR. Lithotomis loquendi formula est ; duas enim calculum extrahendi methodos habent : Una fit apparatu plurimorum instrumentorum, eaque tantum in adultis instituitur , & *Apparatus Major* ideo vocatur. Altera verò minori cum apparatu fit, & in puerulis, & nonnunquam in adultis adhibetur. vid. *Lithotomia.* B. *t' Groot en t' klein bestag..* G. Der große und kleine zuruestung. Gall. *Le grand & petit Appareil.* A. Great & little preparation.

APPENDICULA VERMIFORMIS, est propendens quoddam corpusculum juxta intestinum cœcum quatuor ut plurimum digitorum transversorum longitudine , crassitie minimi digiti , cavitateque quantâ est calami scriptiorii. B. *t' Wozni gewijze afhangsel.* G. Wurm-gleiche anhang. Gall. *Appendice vermiculaire.* A. The wormlike appendage, or blind gutt.

APPENDIX & APPENDICULA. Vide *Epiphysis.*

APPETITUS ALIMENTARIUS, est phantasie quedam constitutio , ex motu nervi paris vagi & intercostalis, ob defectum alimenti, inordinatus in ventriculo moti, orta; per quam impellimur , ob spiritus animales, in certo modo , ad motus membrorum , alimento proféquendo idoneos. Cietur in quantum spiritus animales quovis modo circa cerebri meditullium conciti , illinc exte-

exteriorius versus sistema nervosum tendunt. Vel sic, appetitus alimentarius, est stimulus alimenta petendi ab existente acido, in ventriculo, fermento ortus, quo nervi vellicantur, per quos cerebro communicatur defectus alimentarius, quorum defectum supplendum dijudicat vicissim cerebrum. vide *potius Fames*. B. *Appetit*. G. Lust und begierde zum essen. Gall. *Apetit*. A. Appetit or hunger.

A P P E T I T U S C A N I N U S, idem quod *Cynodes Orexis*.

A P S Y C H I A, est summum animi deliquium. Vide *Deliquium animi*, ex a priv. & $\tau\omega\gamma\eta$ anima.

A P T Y S T U S, est salivæ defectus, ita ut quis spuere nequeat, ex a priv. & $\pi\lambda\mu\omega$ spuo.

A P Y R E X I A, est februm intermissio, sive desflagratio; ejus causa est, quod omnis materia morbifica uno paroxysmo ferè diffidatur, & eousque extenditur earum intermissio, donec reliqua de novo ad plenitudinem aggestae sint, & incalescere incipiunt: Latinis *Integritas*. Græc. $\pi\alpha\zeta\alpha\mu\mu$ ex a priv. & $\pi\nu\zeta\alpha\sigma\sigma$ febricito. B. *Tusschen-tyd der hooftsen*/ *vrye tyd*/ *buiten hooftigheid*. G. Ablassung von Fieber. Gall. *Intermission*, *Discontinuation de la fièvre*. A. The remission of a fever.

A P Y R O T H I U M, est sulphur vivum, à contrario nomine impositum videtur. Ex a priv. & $\pi\omega\varrho$ ignis.

A Q U A, est liquor valde fluidus, inodorus, insipidus, pellucidus, excolor, qui in certo gradu frigoris in glaciem fragilem, duram, vitream, congelascit. B. *Watter*. Gall. *l'Eau*. A. Water.

A Q U A, Arabibus idem est ac *Suffusio*, vide *Cataracta*.

A Q U A D E S T I L L A T A, seu *S T I L L A T I T I A*, est lymphæ, seu liquor destillatione ex quavis re elicitus; estque vel per se simpliciter, vel cum Herbis, aliisve rebus prolectus. B. *Gedistilliert Water*. G. Distilliert wasser. Gall. *l'Eau distillée*. A. Distilled water.

A Q U A E D U C T U S, est anterior Tympani meatus osseus, qui ab aure ad palatum tendit; sic dicitur non tantum ob formam, quæ canalem refert, sed & quod transitum saepe præbere possit limo, vel aliis humoribus extra-neis, qui saepe in hac tympani cavitate colliguntur. Hæc descriptio si exacte foret, convenit ductui palatino sive Tuba Eustachianæ, non verò Aquæ ductui Falloppii;

qui est foramen ossis Temporalis proprium, inter processum mastoideum, & styloidem, portionem duram nervi auditorii transmittens. B. *De waterloop.* G. Wasserdohl, wasser gang. Gall. *Aqueduc.* A. An aqueduct.

AQUÆ DUCTUS NUCKII, ita perperam dicti; cum sint continuationes vasorum sanguiferorum sclerotican perreptantes & perforantes.

AQUA FLORUM OMNIUM, est aqua ex stercore bovino, gramine vescente, destillata: sic dicta videtur, quod omnibus pratorum floribus pascantur. Gall. *Eau de mille fleurs.*

AQUA INTER CUTIM, Idem quod *Anasarca*.

AQUA PERICARDII, est liquor serosus, qui in cordis sacculo colligitur; exigua plerumque copia, reperitur; videturque pro cordis humectatione, motuque facilitate (qui liberrimus hic requiriatur) infervire; quod ne deficiat, in capsula sive sacculo hoc colligitur; num à glandulis basi cordis incumbentibus is humor delabatur, ac per vasa lymphatica in ductum Chyliferum relegetur, meritò dubitatur, quia haec non demonstratae habentur sunt, nec modus qui in ductum Chyliferum deferatur; credendum potius ab extremis osculis arteriarum ibi stillari, & per vas a resorbentia introsumi rursus, & misceri sanguini. Dicitur & *Urina cordis seu Pericardii & Hydrocardia*. B. *Herte water.* G. Hertz wasser. Gall. *Eau qu'on trouve dans le pericarde.* A. The water in the pericardium.

AQUALICULUS, seu **INFIMUS VENTER**, idem quod *Epispon*, *Hypogastrum & Abdomen*.

AQUEUS HÜMOR, vide *Humores oculi*.

AQUIFOLIUM, idem quod *Agrifolium*, ab acus & folium. Gall. *Houx*.

AQUILA ALBA, Chymicus est *Mercurius dulcis*.

AQUILÆ LAPIS, vide *Ætites*.

AQUILEIA, **AQUILINA**, vel **AQUILEGUM**, est planta que habet caulem exiguum, rubicundum, villosum, ramosum; folia Chelidoniae majoris, lobata, profunde incisa, caulis longis adhaerentia; florem planè anomalam, figuram aviculæ repræsentantem, coloris cœrulei, vel rubicundi; pistillum floris abit in multas siliquas membranosas, caput referentes, includentes femina exigua, com-

compressa, polita, nigra, obrotunda; radix instar pollicis crassæ, alba, fibrofa, saporis subdulcis; crescit in montibus & sylvis. Nomen accepit à florum mucronibus aduncis instar aquilarum unguibus. B. *Helepen*. G. *Agley*, *Ageley*, *Ackley*, *Tyriaks-kraut*. Gall. *Ancolie*. A. *Columbine*.

AQUILINA, vide *Aquilegia*.

AQUULA, idem quod *Hydatis*.

ARABICUM GUMMI, officinarum, Galeno *Thebaceum*, nonnullis *Babylonicum* dicitur; alii arbusculam esse *Acaciae* dicunt. Duas constituunt species; prior recta asurgens virgulta profert lignosa, spinis exertsis & duris hinc inde stipata: Folia longa, quasi ex multis foliolis coherentia composita, flores albidos odores, siliquas breves, planas lupinorum more; semen glabrum & splendens. Altera *Acacia* in Cappadocia & Ponto provenit, priore minor, tenerior, humilior, folia habens rutæ. Istud gummi pellucidum est instar vitri & glutinosum, facile in aqua solvitur, rotundum est, & externè quasi à vermiculis saepe exesum: saporis aquei viscosi lenti, odoris nullius. Ob copiam quam hic habemus adfertur non tantum ex Arabia, sed & ex Senegallia. B. *Arabische Gom*. G. *Arabischer Gum*. Gall. *Gomme Arabique*. A. *Gum Arabick*.

ARABIS, est draba, *βελενη*, videtur D. vel B. in A. mutatum esse: forte *βελενία* quod hæc herba palmam ferat, superetque suâ substantiâ reliquas plantas oblongio dicatas; est quippe *Nasturtii species*. Gall. *Drave*.

ARACHIDNA, vel *ARACIDNA*, videtur dicta *αράχιδνα*, ob similitudinem aliquam, quam cum Araco habet, & *στύραξ*, terræ tuber, cuiusmodi similitudinem quandam habent radices.

ARACHIS, vel *ARACHUS*, est Leguminis species. Putant derivari ab *αράχη*, colore nempè luteo, quam habet ochra. Gall. *Vesse sauvage*, ou *Vesseron*.

ARACHNOIDES TUNICA, seu *ARANEA TUNICA*, vel *AMPHIBLESTROIDES*, est membrana ita dicta ob summam, quam habet tenuitatem, intra duram & piam matrem sita, quæ in superiori cerebri parte, cum pia matre & cerebro strictè connectitur, in inferiori vertè parte, præfertim circa cerebellum, medullam oblongatam,

gatam, & spinalem, laxè : ita ut ibidem facilè & abundè conspici queat. Item tunica oculi crystallina, à similitudine araneæ telæ dicta, quæ obtegit nervos visorios adhuc nudos in cerebro, antequam hi orbitas ingrediantur & non solum eos extrinsecus involvit, sed etiam inter omnes minimas fibrillulas nervos constituentes, se insinuat, prospiciens, ne inter se agglutinentur, sed distinxæ, ut in ortu maneant, hæc membrana cellulosa totius corporis perquam similis ; num verò hæc sit ipsa Arachnoidea, nondum demonstratum. Ex *ἀράχνη* aranea, & *ἱπποτός* forma. B. *et Spinne-webs-vlieg.* G. Das Spinnewebs-häuslein. Gall. *l'Arachnoide.* A. Theat coat containing the Crystalline humor.

ARÆOTICA, vide *Rareficiencia*, ab *ἀρρεῖσιον* rarefacio.

ARANEA, est *Herba Paris*, sic dicta quod ejus uva Araneam referat, vide *Paris Herba*.

ARANEA TUNICA, idem quod, **ARACHNOIDES**.

ARANEA, est insectum, olim à Medicis usurpatum in febribus, ab *ἀράχνη*, apto, quod telas ad muscarum auctum, præpareret. B. *Ein Spinnchop.* Gall. *Araignée*, ou *Aragne.* A. The Spider.

ARANTIA, idem quod *Aurantium*.

ARBOR, & **ARBOS**, Gr. *ἄρβεν* & *ἄρβενος*, quia *ἄρβεν* *διέρται* ; graviter & molestè decorticatur : vel à *ἄρβεν* struo, ædifico, quia arborum ope domus, &c. ædificantur. Arbor est quidquid à radice statim simplici caudice, brachiatum ramis, fulculosum, dissolutaque contumax assurgit. B. *Ein Boom.* G. Ein Baum. Gall. *Arbre.* A. a Tree.

ARBOR DIANÆ, est quædam crystallisatio Mercurii, & Argenti in aqua forti dissoluti, fruticis speciem acquirens.

ARBOR VITÆ, est Cedri species semper virescens, fructu conifero, oblongo, squamoso, sic dicta, quia ipsa arbor diutissim vivit. B. *Boom des Lebens.* G. Lebens-baum. Gall. *Arbre de Vie.* A. The Tree of life.

ARBUTUS, est Arbuscula, cuius truncus habet corticem asperum & striatum, in superiori parte rami sunt rubicundi ; folia oblonga, lata instar Lauri, subrotunda, polita, viridia ; dentata, vel ferrata ; florem monopetalum, campaniformem, globosum, in urceolum formatum;

tum; Pistillum calicis fit fructus globosus, carnosus, edulis, ante maturitatem flavus, postea ruber, facie externâ Fragi, quinque locularis, in singulis loculis femina plura placenta accreta; hæc arbuscula sœpe ad maximarum arborum altitudinem crescit in Flandria; fructus ejus Mæcylon aut unedo vocatur, quia, si homo plus ex his quam unum comedat, creditur illum se inde male habere; folia & cortices sunt adstringentes, hinc conducunt in diarrœa. Sic fortè dicta, quod inter arbusta crescat: vel ut aliis placet ab arbor. Gr. Κόπαρος, an à κούρασι co-matus sum? B. Haag-appel-boom / Aardbesie-boom. G. Hagapfölbaum. Gall. Arbousier. A. The Crabtree. T. Strawberrytree.

ARCANUM, nominatur aliquod Medicamentum, quod tanquam aliquid secreti habetur, tum in ejus præparatio-ne, tum in ejus administratio-ne dextra. Theophrasti Arcanum est Quinta rei essentia summè exaltata, sed ut ait idem, est virtus rei miliecuplā exaltatione emendata. Quatuor imprimis arcana jactitat. 1. Arcanum primæ materiæ. 2. Lapidis Philosophorum. 3. Mercurii vitæ. 4. Tinctoriar. Aliis est extractum in specie sic dictum, fortè quod in arcis servetur. B. Geheym. G. Geheimnus. Gall. & A. A Secret, Mystery.

ARCEUTOS, est Juniperus: dicitur ἡξάτηνος ἀρετος, quod celest noxam. ἀρετη enim est noxa, & κακον τον καλον. Αρετη est Juniperi bacca: vel δια τον ἔχειν τας ἀκανθας περιπινας, quod spinas habet occultas, vide Juniperus.

ARCHANGELICA, est Angelica aquatica, ab ἀρχη principatus, & Angelica: de qua anteā, sic dicta, quod cæteris major sit, vide Angelica. Gall. Archangelique.

ARCHE, est morbi initium, ab ἀρχη incipio. Vide Acme.

ARCHEUS, est (ut Chymici loquuntur) summus, exaltatus, & invictibilis spiritus, qui separatur a corporibus, exaltatur & ascendiit, occulta rerum virtus generalis omnibus, Artifex, & Medicus. Item Archiatros supremus rerum Medicus, qui rei cuique suum Archæum peculiarem, & membro cuilibet occulte per Aerem distribuit. Item Archæus primus in rebus, vis est occultissimæ omnes producens, ex Iliaſte, divinâ virtute nimirum

suffulta duntaxat : vocabulum est Helmontio frequentissimum. B. *Utracht* / *elementscheider* / *geest*. G. Furnemste kraft, vel subtileste Geist. Gall. *Esprit*, *vertu*, *qui separe les elements*. A. A most subtle Spirit.

ARCHIATER, est Medicus supremus ; vel qui caput & dux aliorum Medicorum est : Ideoque Primarius vel Senior dicitur. Ita Principum & Magnatum Medici *αρχιτητος* Architri vocantur, ex *αρχη* principium & *τεχνη*; Medicus. B. *Een Opper-genees-heer* / *Stads-Docent* / *Stadg.-genees-heer*. G. Statt-artz, fuenemster-artz. Gall. *Archiatre*, *le premier Medecin*. A. The Chiefest Physician.

ARCHIGENI MORBI, seu acuti, ab *αρχη* principatus, *γνωση* gigno ; quod nempē imperium in sanitatem teneant.

ARTOSCORDON, est *Allium ursinum* ; ex *αρκτος*, ursus, & *συκον* allium. B. *Beerenslook* / *Daglook*. G. G. Wald-knob-lauch, Ver-lauch, Hund-knob-lauch. Gall. *Aux d'ours*. A. Ramfons.

ARCTOSTAPHYLOS, est ursi uva, seu *Vaccinium rubrum*, ex *αρκτος* ursus, & *σφιλη* uva.

ARCUALIA OSSA, dicuntur aliis *ossa syncipitis*, aliis *ossa Temporum* : hinc *futura arcualis* est eadem, quae *coronalis*.

ARCUATIO, à quibusdam dicitur *Gibbositas anterior*, quando accidit cum ossium communitate. B. *Geboggelt*. G. *Gebochelt*. Gall. *Voute*. A. Crookedness.

ARCUATUS MORBUS, vide *Icterus*.

ARDEA AVIS, est species avis aquaticæ, fissipedis : dicitur ex arduo, quia volat in altum. Gall. *Heron*.

ARDENTES FEBRES, sunt, in quibus præter alia symptomata, magnus aestus, ardor & fitis deprehenduntur, ut in *Causo & Lipyriis*, vide *Causus*.

ARDOR, seu *Aestus*, est calor in corpore nostro intenso acutus. B. *Hitte*. G. Hitze. Gall. *Chaleur*, *Ardeur*. A. Vehement or parching heat.

ARDOR VENTRICULI, doloris ventriculi peculiares species est, quæ tamen simul etiam oesophagum molestat, quam *τοῦ συμάχου καύσωνα*, ardorem stomachi & non nulli *Ebullitionem Ardoremque stomachi ebullientem* nominant, quibusdam *Soda*. Quando ardens quidam dolor in

in ventriculo & gula percipitur, qui urendo quasi molestus; malum hoc sanis etiam saepe familiare est, tum cibum sumentibus, tum jejunis; Imprimis cum eructant, intus inclusu quasi flatu igneo & erumpere non valente. Nonnunquam tamen & in febribus accidit. *Causa mali* est effervescentia quaedam à particulis oleosis aut biliosis, unde ebullitio sive ardor ventriculi ebulliens perficitur: vel potius ab acri quoconque sive acido sive alcalino molestus os ventriculi afficiente, & saepe à defectu muci ventriculum obducentis. B. *De zode*. G. Hitze des Magens, Sode. Gall. *l'Ardeur d'Eſtomac*. A. The heart-burn.

ARDOR URINÆ, vide *Dysuria*.

AREA, *Celſo* arearum duo genera sunt. Commune utique est, quod emortua summa pellicula, pili primū extenuantur; deinde excidunt, ac si ictus is locus fuerit, sanguis exit liquidus, & mali odoris: increscitque in aliis celeriter, in aliis tardè. Pejus est, quod densam cutim, & subpinguem, & ex toto glabram facit. Sed ea, quæ ἀλοπηξια nominatur, sub qualibet figura dilatatur. Fit & in capillo, & in barba. Id verò, à serpentis similitudine ὄφιας appellatur, incipit ab occipitio; duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet aetate est: hoc ferè in infantibus. Illud vix unquam sine curatione, hoc per se saepe finitur. B. *Hair-uitval-ling / haireloosheid*. G. Aufzfallen des Haars. Gall. *la chute des cheveux de la tête & du poil de la barbe*. A. The falling off ones hair.

AREA, est inter musculos, glandulas &c. quaedam intercapito seu spatium, à circumiacentibus paribus reliatum. B. *Tuſſchen-ruimte*. G. Zwischen-Weite. Gall. *Espace*. A. An empty space.

AREGON, est Unguentum resolutivum relaxans & attenuans, ab ἀργυρῳ auxiliar, opem fero.

ARENA, in corpore humano, res est extoto genere aliena ab arena terrestri, nam illa est plurimo sile volatili, paucō oleo & terra, genita; ex qua saepe calculi concrecant. Gr. άργυρος & αργυρος. B. *Graverlige Sandigheid*. Lat. *Sabulum* dicitur. G. Sand, Griefz. Gall. *sable, Greve, Sablon, Gravier*. A. Sand, Gravell.

ARE,

ARENARIA, est Coronopi species, sic dicta, quod arenosa loca amet.

ARENATIO, est species Balnei siccii, cum æger pedibus arenæ calidae infidet: ut in Hydrope fit. B. **Zandbat**. G. Sand Bad. Gall. *Bain de Sable*. A. A Sandbath.

AREOLA PAPILLARIS, vocatur circulus papillam ambiens. B. **Die Mamsehpf**. G. Der Wartzlein-Kreis an der Brust. Gall. *l'Arcole*. A. The Circle that cirrounds the nipple.

ARESTA BOVIS, vide *Anonis*.

ARGEMON, est ulcusculum oculi album in iridis circulo, comprehendens partem albi & nigri. ex $\alpha\gamma\eta\delta$ albus, & $\chi\zeta$ habeo.

ARGEMONE Mexicana, sive papaver spinosum C. B. est planta officinalis, quæ habet caulem rotundum, ramosum, spinas exiguae, & quæ medullam albam in se continet; folia ex radice primō erumpentia, oblonga, & angusta sunt, sed quæ caulibus adhærent, sunt longa, lacinata, non villosa, sed mollia, in spinas abeuntia; flores in summitate ramorum crescentes, coloris flavi, rosacei, quinquefidi, odoris Chelidonii majoris; post florem succedit fructus, oblongus, spinosus, includens semina subrotunda, nigra; radix exigua est, satis longa, fibrosa; hæc planta crescit in hortis: dicitur à vi, quā pollet: sanat enim $\alpha\gamma\eta\mu\alpha$ seu oculorum ulcuscula & nubeculas, quæ oculi albo adyeniunt; ideoque ab $\alpha\gamma\eta\mu$ albus, vulgo *Argentina*, & *Potentilla*, ob potentes vires in fistendo sanguine. Vide *Anserina*.

ARGENTINA, idem quod *Argemone*.

ARGENTUM, & Gr. $\alpha\gamma\eta\mu\epsilon$ ejusdem significationis, est metallum coloris candidi, sonorum, post aurum maximè ductile, in igne fixissimum, ita ut nihil ferē perdat, si purissimum fuerit; simulac ignitur, funditur, aquā fortī solvitur, specificæ gravitatis ad aquam, 10535. ad 100. depuratur piumbo, eique resistit, in scoriasabit cum antimonio & volatile fit. B. **Zilver**. Gall. *Argent.* A. *Silver*.

ARGENTUM VIVUM, idem quod *Mercurius*.

ARGILLA, Gr. $\alpha\gamma\eta\lambda\mu$, ab $\alpha\gamma\eta\delta$, albus; quia plerumque illa terra alba est; accipitur quandoque latius, variis coloris species comprehendens, ut nigram, luteam, puni-

pumiceam, purpuream, viridem, cæruleam, cineritiam,
B. littp. Gall. Argille ou Terre glaïe.

ARGYROCOME, est Gnaphalii species, dicta ob argenteos seu albos flosculos, ex ἄργυρῳ argentum, & μαλακα coma, pili.

ARGYROPÆA est ars, quæ docet modum conficiendi argentum è metallis & mineralibus perfectioribus, tam quæ in argentifodinis exercetur, quam quæ ope lapidis philosophorum.

ARIDURA, TABES est seu ATROPHIA particularis, quâ corpus, vel membrum aliquod planè consumitur, forte ab arescere. B. uittringe. G. Verfallung, Doerrung. Gall. Phthisie, Consumption. A. The blasting of the body by a planet.

ARILLI, Idem quod Acini.

ARISARUM, videtur diminutivum ab Arum, quia minor species est, vel ab ἀριστερον. Vide Arum.

ARISTALTHÆA, est Althæa vulgaris, ab ἀριστερον bonum, & Althæa.

ARISTOLOCHIA, est planta officinalis, quæ habet caules farmentitos, debiles, flexiles, folia alterna, ferè rotunda, mollia, saporis amari, viridefcientia; flores monopetalos, anomalous, tubulatos, in inferiori parte occlusos, à parte superiore apertos, & quasi linguam habentes deorsum spectantem, post florem pistillum sit fructus membranaceus ovalis, viridis, sed post maturitatem fuscus, hic fructus est divisus in sex loculos, qui multa semina compressa, exigua, nigra, & tibi invicem incumbentia recondunt; radix est tuberosa, rotunda, satis crassa, fibrosa, extus grisea, intus flavefcens, odoris ingratii, saporis valde amari; hæc planta crescit in pratis, dantur varie species: huic nomen inditum, quod puerperis, vel potius parturientibus proft: quod ἀριστον sit ταῖς λόχαις lochiis nempè expellendis. Alii deducunt ab inventore quodam Aristolocho. B. Hol-Wortel / Baar-wortel / Osterlucie. G. Osterlucei, Hol-wurtz. Gall. Aristolochie. A. Birthwort.

ARMENIACA MALUS, Persicæ satis similis, sed truncus crassior, cortice obductus magis nigro, folia habet populi nigræ, vel Pyri, dentata, acuta, saporis acidusculi; calix est monophyllus, quinquefidus, vel & in

fex

Sex segmenta profunde sectus, cavus; flos rosaceus, petalatus, petalis natis ex margine calicis coronante evaginatatem, petala aliquando sex continet, stamina tringinta; ovarium in imo fundo calieis instructum tubâ longâ fit suuctus ferè globosus, carnosus, Persicæ minoris magnitudinis, ad latera paululum compressus, juxta longitudinem suleatus, continet nucleum osseum compressum, in quo amygdalus unus plerumque reperitur, saporis aliquantulum amari, grati; fructus caro ab una parte rubescit, ab altera flavescit, est dulcis, tenera, saporis grati forte siue à natali solo Armenia dicta. Gall. *Abicotier*.

ARISTA. Gr. Ἀρίστα, Ἀριστίν, Ἀριστίζ, ab areo. Estque ut acus tenuis longa, & eminet à gluma. In summa arista quasi apices & cornua sunt spicarum. B. *De baard der Moszn-aare*. G. Das Haar von Korn, oder Spitzen an den ähren. Gall. *La barbe de l'epy du bled*. A. The ear of corn, the beard of the ear of corn.

ARMENUS seu **ARMENIUS LAPIS**, est lapis malis viridis, cæruleis & subnigris relucens, sicut *Lapis Lazuli* punctis aureis, adeoque non differt inter se, nisi sola maturitate. Uterque enim in unis iisdemque scapensis reperitur. *Lazuli* tamèn lapis ceu maturior, crebriùs invenitur in fodiis aureis, *Armenus* in argenteis. Dicitur *Lapis Armenus* seu *Armenius*, Gr. Ἀρμενίος λίθος quod olim ex Armenia solum ad nos translata sit; hodiè tamen & in Germania effoditur, verbi gratia, in Comitatu Tyrolensi sub nomine Melochites. Presertim colorato cæruleus. Inter purgantia recentetur ad drachmam & scrupulos quatuor. B. *Armeni-sten*. G. Armenier-Stein, Bergblaw. Gall. *La Pierre d'Armenie ou Armenienne*. A. Armenian-stone. Arab. *Hagar & Hagor*.

ARMERIUS FLOS, Gallis *Armoires & Armoiries*, hunc *Ruellius* Armerios flores nuncupavit. B. *Weikeng / Wijzendschoon / Tuilkens / Hoepeelbloemen*. G. Heiden-Bluemlein, Blutz-Tropffe, Stein-Nagel, Carthuer-Blumen. A. Sweet-williams.

ARMILLA MEMBRANOSA, est ligamentum circulare, tendines multiplices universæ manus circulo aliquo comprehendens in regione carpi; in varia alia facile divisible. Duplia constituant; unum sinum carpi sive eingens, reverà unicum, sed latum robustumque, simul omnes

omnes tendines flecentium musculorum continens : alterum quod est in dorso carpi, ex sex inter se connexis, & singulis annuli instar obvolutis circa extendentium tendines. B. *d'Arriband.* G. Arm-Band. Gall. *Ligament du bras.* A. Membranous ligament incompassing the muscles of the arm.

ARMONIACUM SAL NATIVUM, Cyrenaicum veterum à Majoribus descriptum, sub arenis Libycis concrecebat : Ex notis bonitatis, quas Plinius indicavit, nostro hodierno factitio simillimum appareat. Verum nostris non nisi *Artificiale* cognitum est. Quod nihil aliud est, quam sal amarum factitium, compositum, volatile, coctum ex urina, fuligine & sale communi, vel sale gemmæ & similibus, tale & circa ignivomos montes eructatur variis terræ locis; vesuvi optimum censetur hodiè: & non sine ratione videtur ex fuligine originem solam ubique ducere. Eligatur candidum ac purum, vel nisi satis nitidum fuerit, purificari potest. Praestantiū habetur Antverpianum, & Venetianum. Dicitur *Sal Solare*, *Aquila Cœlestis*, *Alba Mercurialis Fuligo*, *Sal Mercurialis Philosphorum*, *Lapis Adir*, *Audix*, *Anacab*, *Alacob*, *Aliocab*, *Alocaph*, *Alcob*, *Alfol*, *Alfatide*, *Alinziadir*, *Alistiles*, *Alumonodig*, *Amizadir*, *Anoxadic*, *Azanec*, *Butrum*, *Hisazum*, *Lixandram*, *Mifatis*, *Mefstudar*, *Nufiadal*, *Nyse*, *Obac*, *Raal*, *Salmiak*, *Turfies*. Forte ab $\alpha\mu\mu\alpha$ seu $\phi\mu\mu\alpha$ arena. Dicitur & *Sal Mirabile* & *Clavis Mellorum*, quæ fluere facit. Signum ejus. Chymicis est asterismus. B. *Salarmoniak.* G. *Salmiac.* Gall. *Sal Armoniac.* A. Salt Armoniak.

ARMORACIA, est Raphani genus : componitur à pontica voce Armon, & agria.

ARNALDIA, est nomen morbi maligni, lenti, & chronici, quondam in Anglia familiaris, in quo capillorum defluvium maximè notabatur, &c. unde species luis Gallicæ videri posset, prout in initio in his regionibus fævit.

ARNOGLOSSUM, est *Plantago* seu *agnina lingua*, quia ejus folia linguæ agninae simillima sunt. Ex $\ddot{\alpha}\varepsilon$ agnus, & $\gamma\lambda\omega\sigma\alpha$ lingua. Dicitur & *Polyneurum* à nervorum, quibus quasi costæ per longitudinem folia ejus distincta sunt, multitudine. B. *Weeg-hze*, G. *Wegerig*,
Weeg.

Weegrich, Schaff-Zunge, Gall. *Plantain*. A. Ribwort plantain, jvaybread, or Lambs-tongue.

AROMA, est corpus vegetabile, gratum forte mque spirans odorem, ut Caryophylli, Cinamomum, ex æ vel æc particula intensiva, & $\zeta\omega$ oleo, $\ddot{\nu}\mu\eta$ odor. B. **Niekkende Specerie**. G. Gewuertz, Specerey. Gall. *Drogue*, *Epice*, *Epicerie*. A. Sweet snelling spicer.

AROMATOPOLA, est is, qui aromata divendit, *Aromatarius* dictus. B. **Cruidenier / Droogist**, G. Ein Wuerz-Krämer, Materialist. Gall. *Espicier*. A. A Groces.

ARONIA & ARIA, est *Mespilus*, an ab Arona Galiae fluvio.

ARQUATUS MORBUS, seu **ARCUATUS**, idem quod *Icterus*.

ARS, dicta est, ex $\alpha\gamma\tau\eta$, virtus, quam Graeci scientiam vocant.

ARSENICUM, est corpus venenatissimum, album crystallinum, ponderosum, triturabile, arte factum, dum Cobalti cum alcali fixo & Silicibus in Smaltum fusio patratur, ascendens flos dat arsenicum album erudum, quod clauso vase, igne valido, fusum, exhibit Arsenicum album venale: Si vero flos Arsenicalis cobalti funditur cum decima sulphuris communis parte, *Arsenicum Citrinum* fit, venenatum, sollicitè distinguendum ab *Auripigmento*, cum lethale sit vi indomabili: sed quoties flos idem cobalti, quinta sulphuris parti ad ignem fusus admiscetur, nascitur illicè *Arsenicum rubrum*, venenatum; quod distinguendum est ab arsenico veterum. B. **Hattekruid**: quia mures gliresque hoc comesto moriuntur. G. Ratten-Pulver, Huetten-Rauch. Gall. *De l'Arfénic, ou pouare aux Rats*. A. Arsenick or Orpment. Rattenbread.

ARTEMISIA, Planta est, quæ habet caulem quatuor circiter pedes altum, ratiocsum, durum, lignosum, fractu difficilem, parum villosum, ut plurimum ad rubrum vergentem; folia in acutas lacinias divisa instar absinthii, sed latiora, superne viridia, inferne alba, odorifera, saporis dulcis parum ad acredinem vergentis; flores erecti, minimi, villosi, albidi, vel purpurescentes, odorati; radix longa & instar digitii crassa, lignosa, saporis subdulcis & aromatici: si Plinio credimus, ab Artemisia Mausoli Cariae Regis uxore, quæ hanc sibi adoptavit,

ptavit, nomen accepit. Anteà *Parthenis* dicta, hoc est, *Virginalis*, quia virgo Dea nomen illi dederit. Sunt, qui ab Artemide (id est Diana *Ἄρτερν τῆς οὐρανοῦ*) *lithya* cognominata putant, quoniam privatim medeat-
tur fœminarum malis. Quid impedit, nomen impositum esse, *Ἄρτερν τῶν αἰγάλων*, quod est *incolumis*, vel integer. Hinc *Artemisia*, quod multas incolumes reddat. B. *Bp. voet / St. Jans Gordel / St. Jans Bruid.* G. Bey-
fusz, St. Johans Eurtel. Gall. *Armoise ou herbe de Saint Jean.* A. Mugwort.

ARTERIA, est vas conoïdeum, in corpore nostro vi-
vente, se attollens, atque vicissim se submittens, è corde
magno trunco oriundum, sensim in minores ramos divi-
sum, constans plurimis tunicis; quodque extremitatibus
suis vel extra corpus, vel intra cava corporis, vel in alia
vasa definit, sanguinem è corde ducens versus extrema.

ARTERIA COELIACA, vide *Cœliaca Arteria*.

ARTERIA MAGNA, idem quod *Arteria Aorta*;

ARTERIA TRACHEA, vide *Aspera arteria*.

ARTERIA VENOSA, Veteribus sic vocata, hodier-
nis est vena pulmonalis, sive illud vas, per quod sanguis
ex pulmonibus in finistrum cordis ventriculum transt:;
duas habet valvulas mitrales, à figura dictas; non est una
vena; sed à sinistra cordis auricula prodit; deinde primo
in quatuor, postea in inumeros ramos, per pulmones di-
stributos dividitur; sive potius formatur ab infinitis venis,
ex finibus arteriæ pulmonalis ortis, quæ sanguinem ex
his acceptum revolvunt in quatuor magna vasa, unde in
sinum venosum pulmonalem; hinc satis imprópiè qual
una vena consideratur, cum ex singulo pulmone duo
magna vasa oriuntur, in sinum venosum definentia. B.
Lung-adre d *Aderiphe Slag-adre.* Lung-Ader. Gall.
Artere venenose, veine du poumon. A. The vein of the
lungs.

ARTERIACA, Médicamenta sunt, quibus ad vocis
laesionem & tracheæ vitia solemus uiri, & ab arteria tra-
chea nomen accepisse videntur. *τὸ τῆς ἀρτηρίας τραχιας φάρ-*
μανον, Arteriæ alpæræ medela.

ARTHANITA, vulgo *Cyclamen* & *Panis porcini*, est
herba quæ habet folia tubrotunda, ampla, singularia in
tuno pedunculo, qui ex apice tuberosæ radicis oritur; Pe-

dunculi floriferi, simili ortu, ex ipso tuberis corpore, enati, finis abit in tuberculum, cui adnascuntur segmenta quinque, foliosa, magna, profunde secta, calicem formantia; flos parte inferiori tubulosus, monopetalus, supra divisus in quinque amplas, longas, ad ima usque sectas partes, quae retroflexae circa pedunculum se colligunt, donatur quinque staminibus testiculos gerentibus tuba arcte appositos: Ovarium in fundo calicis sphæricum, instructum tubâ longâ, donata apice tenui, membranaceum, habens in medio placentam sustinentem multa semina, rotunda, divisum in aliquot partes, per maturitatem deliscentes; radix tuberosa, crassa, orbiculata, carnosâ, externâ nigra, internâ albicans, imâ parte fibrillas dimittens; saporis acris est, pungitivâ, exurens, ubi exsiccata, ingrati: crescit in Italia & Germania in sylvis; observatur, quod semen aquæ commissum, non ut alia semina in plantam, sed in bulbum prius crescat, unde deinde planta demum emergit: an ab æterno panis, quia à porcis videtur amari, an ab æquo tollo, æterno sublatus, quia verno & autumnali tempore se elevat. B. **Verkens-brood / Zeugen-brood / Aard-brood / Aard-appel / Aard-noten.** G. Schwein-brot, Erdapfel, Seu-brot, Erd-wurtz. Gall. *Pain de pourceau.* A. Sowbread.

ARTERIOTOMIA, est arteriarum sectio artificialis, ad sanguinem in Cephalæa, Mania, Epilepsia, oculorum, auriumque dolore & inflammatione evacuandum. *Sectio illa fit in fronte, temporibus vel ponè aures: Modus incidendi hic est, post ligaturas nempè brachis aut collo infectas, arteria inciditur ut vena, factâ deinde sanguinis evacuatione, emplastrum potenter astringens cum lamina plumbea vulneri applicatur, & fasciis commodis firmatur. Curatio septem vel novem dierum spatio absolvitur.* Ex æterne arteria, & rima seco. B. **Een Slag-aders snijding / of opening.** G. Offnung der Pulszader. Gall. *Arteriotomie, Section d'Artére.* A. Arteriotomie, opening of an arterie.

ARTHETICA, idem quod *Arthritica*.

ARTHETICA, seu *ARTHERETICA*, est herba Chamepytis, vel Primula veris. Sic dicta quod articulos juvet, ab ægæor membrum.

ARTH.

ARTHITICA, vide *Arthritis*.

ARTHITIS sive MORBUS ARTICULARIS, circa duos, tres, pluresve articulos sive ossium internodia, suas tragedias exercet. Estque dolor circa articulos, tensivus, dilacerans, coartans, vere & autumno maximè revertens, ortus ab obstructione in vasis minimis circa has partes, unde nervi, tendines, ligamenta, periostea corrugantur, & miserrime cruciantur, unde tumor, rubedo, tophi, aliaque symptomata concomitantia. Estque quadruplex; *Chiragra* in manibus; *Ischia*s in aut circa os Ilium: *Gonagra* in genibus; & *Podagra* in pedibus: habet & alia varia nomina pro parte affecta, ut *dentagra*, *omogra*, &c. Vox *Arthritis* derivatur ab ἄρθρον articulus. Unde *Arthritica Medicamenta*, quæ Arthriticis doloribus subveniunt. B. *Het stercijn/ den artjsh/ de pootjes/ voet-evel/ ledien-zugt/ ledien-krankheid/ jigt/ gigt*. G. Zipperlein, Zipperlin, Fluesz, Gicht, Gliederwehe, Gall. *La Goute*. A. The Gout. Barb. *Gutta*.

ARTHRITIS PLANETICA, Idem quod *Arthritis vaga*, à πλατάνι VAGOR.

ARTHRITIS VAGA, est morbus articularis, quo dolor vehemens cum tumore & rigore nunc in uno membro est, nunc in altero: *Vaga* dicitur *Arthritis*, ex eo quod constanter uno loco non continetur ut *Arthritis*, sed nunc in hac nunc in illa parte sentiatur. B. *Fliegende Aigt/ ongedurige Gigt*. G. Fliegende Gicht. Ab ari-gando & quidem, die lauffende, à motu & velocitate, ideoque dicitur, die fahrende, vel potius lauffende Schmerzten. Idem die springende Gicht, die reissende Gicht, die Scharbockische reissende Gicht, die lauffende Gicht, das Scharbockische Zipperlein, die Scharbockische Gliederkrankheit, die kadden, die gute-holden, die nacht-grisse, die Alp-flecke. Gall. *Goute voulante*. A. *Wandering gout*.

ARTHRODIA, est ossium articulatio, cum nempe caritas excipiens est in superficie, & capitulum quod excipitur, depresso est: Uri articulatur scapula cum humero: ab ἀρθρον articulus & δισκων recipio. B. *Ein t'samen-wigting der beenderen*. G. *Zusammenfuegung der Beinen*. Gall. *Articulation*. A. Coarticulation.

ARTHRON, Gracis etiam αὐτόν, est articulus, seu ossium connexio, motibus obeundis, accommodata. B.

Gen lid / gewigt. Articuli etiam dicuntur digitorum internodia. οὐτολίδης Galeno, φάλαγξ Aristoph. B. **De litten / ledien / ledematen.** G. Glieder, Gliedmasse. Gall. *membres.* A. A Member, Limm.

ARTHROSIS, idem quod *Articulatio*.

ARTICOCALUS, est *Cinara*, ex *coco-* forte perfectum & *nucleus pineæ nucis*: quod cinara fructus pineo fructui similis sit. B. **Artichokken / Pijn-distel.** G. Stobil Dorn, à Strobulo. Gall. *Artichauts.* A. Artichock. Dicitur etiam *Strobulus*, *Cinara*, *Articoca*, *Cocalus*, & *Scolymus*.

ARTICULARIS MORBUS, vide *Arthritis*.

ARTICULATIO, est conjunctio ossium cum invicem, ad motum peragendum: Estque duplex *Diarthrosis* sive *Articulatio laxior*: & *Synarthrosis* sive *Articulatio strictior*. Gr. ἀρθρος. B. **Wrigting / geleding.** G. Gliederung der Beinen. Gall. *Articulation*. A. Articulation or Jointing.

ARTICULI, sunt plantarum partes, quæ in nodos quosdam intumescunt, à quibus persæpe ramuli prodeunt. B. **Knoopen / ledien.** G. Gliedren, Knoepfe an den Planten. Gall. *Næns*, *Boutons*. A. Knuckles or joints.

ARTICULUS, vide *Arthron*.

ARTOMELI, est cataplasmati species, quod ex pane & melle paratur, ex ἄρτῳ panis, & μέλι mel. B. **Gehonigde Brood-pap.** G. Eine Pappe von Hoenig und Brodt. Gall. *Cataplasme composé de miel & de pain*. A. Cataplasme made of honey an bread.

AROPTICIUS PANIS, hoc est tostus, ex ἄρτῳ, panis, & ὄντα, id est torreto.

ARTUS, sunt membra, ventribus adnata & articulis distincta. Vide *Arthron*.

ARUM, Character hujus plantæ idem ferè, qui Colocasiæ; habet verò arum folia oblonga, ampla, triangularia, aurita & sagittata, splendentia, adnata pedunculo affixo in postremo foliorum; flos anomalus est monopetalus, auris asininae instar, in medio eminent pistillum, quod obsceneam figuram repræsentat; radix rotunda, tota alba, nucis avellanae magnitudinis, saporis acris, adeo cauifica est, ut masticata fauces magis, quam piper adurat, sitimque vix deleibilem excitet. De Ari Etymo hæc

Lo.

Lobelius, quin si è græco non sit ἄροντος, quasi sacrum, ut in iride factum, plebecula quæ *Barbam Aaronis* vocitat, videtur agnoscere, ex palæstino vernaculo, & ornamento Aaronis pontificis. G. Papen pint, id est, *penem sacerdotis*, vocant, quod pistillum promit exacti ferè genitalis effigie. B. *Nalts voet / Duitſche Genibet* id que ob acrimoniam. G. Pfaffen pint, *Deutſcher Ingver*. Gall. *Pied de Veau, vis de Prêtre*. A. Cuckow pintile, Wake-Robbin.

ARUNDO, seu *HARUNDO*, Genus plantarum est quod tantum à gramine differt ratione caulis & foliorum; habet caulem alatum, nodosum, & excavatum; folia longa, satis lata, rigida, aliquantulum aspera; flores exiguo, molles, in initio coloris purpurei, postea cineriti; semina papposa; radices multas, longas, nodosas, serpentes: hæc planta crescit in paludibus, dantur variae arundinis species; fortè denominatur, quod ad undas, seu aquas fluctuantes, crescat. B. *Niet / Sekriet*. Kohr, Schilff-Kohr. Gall. *Canne, Roseau*. A. A Reed, Cane a Bulinsch. Gr. Κάλαμος.

ARYTANOIDES, seu *GUTTALES*, & *GUTTUR-NIFORMES*, sunt cartilaginea duæ, quæ laryngis caput, unâ cum aliis cartilaginibus conſtituant. Sumuntur quoque pro musculis quibusdam laryngis, ab ἀεριῳ haurio, ἀεριῳ aperio, quia inspirando aperiuntur, & ad formam B. *Spleet-makende kraken-beenen / tuilige / oft tregters wijſige krakebeenen*. vel *Spieren*. G. Das Gieitz-falzgleiche Knorpel, vel *Mauſz*. Gall. *Cartilages Arithnoides*. A. The Ewer-like cartilage.

ARYTHMUS, seu *CACORYTHMUS*, est pulsus ad sensum abolitus, & sine modulo, ex a priv. & iubus modulū: propriè notat pulsus qui nullum rythmum, ordinem aut proportionem observat, non verò planè abolitum pulsū, cui opponitur eurythmus, rythmum certum observans: Arythmi species observantur tres à Galeno: Pararhythmus, quando vicinæ ætatis rhythmum observat: Heterorhythmus, qui planè alterius ætatis ordinem servat: Ecrhythmus, qui nullius ætatis rhythmum servat. B. *Een Poeg zondēr order / ongeregelde Poeg*. G. Ein sehr schwacher Puls. Gall. *Le pouls irregulier*. A. A pulse lost to sense. Vide *Cacorythmus*.

As five Assis, ut ex *Varrone & Plinio* colligere est, ab ære diæta. *Balbus ad Celsum* de asse ejusque partibus, quicquid unum est, & quod ex integrorum divisione remanet, Assem rationatorem vocare scribit. Apud nos idem denotat ac pondo, seu unciarum duodecim libra. Quidam pro duabus drachmis sumunt.

ASA DULCIS, idem quod *Benzoin*.

ASA FOETIDA, est gummi, ex cuius plantæ radice *Affa* sive *Afa* exprimitur. Magnâ quantitate crescit in imperio Perlico, inter Laram & Gamaron civitates. Estque duorum generum, prima farmentosa est, fermè ut *Salix aquatica*, ex cuius foliis & stolonibus incisis *Affa Fætida* exprimitur, quæ, ut reliqui succi, sole indurata in consistentiam evadit, qualis est *Sagapeni*. Secunda species longè fecundior est, estque succus expressus ex radicibus hujus plantæ, quæ crassissimos raphanos reserunt, folia autem *Tithymalli* foliis similia; Cujus radicis exsiccate odor totas ædes implet: putant quoque esse succum sive lachrymam *Laferis* sive *Sylphii* in Media, Lybia ac Syria crescentis. Gravem naribus spirat odorem, quem vulgus nominat foetidum, instar allii: ut hujus exacta cognitione habeatur, afferenda sunt, quæ de hac habet doctissimus *Kæmpferius*: Hingisch adam fundens est planta umbellifera Levistico affinis, foliis instar *Paeoniae* ramosis, caule pleno maximo, semine fo-liaceo, nudo, solitario, Brancæ ursinae vel pastinacæ simili, radice asam foetidam fundente: Patria ejus flora est Perlica, non Media, Lybia, Syria, aut Cyrenaica regio, unde ex hoc capite facta succi apud authores distinctione est inanis. Illa planta potissimum, quæ circa Heraatum campestre desertum occupat, & quæ crescit in montibus vicinis, territorio & oppido *Disguum*, succi ferax existit. *Afa fætida* nulla ex caulibus vel sponte fluit, vel arte exprimitur, sed ex radice manat saucita: Hæc autem radix miræ est longævitatis, magna, ponderosa, nuda, exteriori vultu nigra in solo limo lo lavis, in samboloso scabra ac quadantenus rugosa, ut plurimum pastinacæ instar simplex, saepe paulo à capite duabus vel pluribus divaricationibus bracciata, aliis perpendiculariter demissis, aliis inconditè & in obliquum extensis prout ab objectis flectuntur. Radix hæc quadrien-

nio minor parum lactescit, & nunquam secatur, quo autem vetustior & major est, eo majorem impertitur lacryme copiam. Exempta tellure, si vel postridie secatur, lacte tamen stillabit, adeo nimirum succo diffundit, à quo insolens pondus obtinet. Succus ex utriculis suis recens emanans candidissimus, liquidus & pinguis est, flori latetis dulcis exactè simillimus, adeoque omnis exsors lentoris, ad aëris verò solifive contactum, colorem subfulcum induit, & coalescens lentorem quoque. Fætor, virtutis index, quo major est, eo meliorem afam testatur. At ille in recenti lacryma vehementissimus est, cum eo quem concreta & antiquior redolet, qualem Europa recipit, nullatenus comparandus. Affirmare autem, inquit Autor, unam drachmam recens effusam majorem spargere fœtorem, quam centum libras vetustioris, quem siccum venundant aromatarii nostrates, succi. De virtute medica hujus plantæ, dicit, Pericos Medicos ob delicatum nationis genium ab uso ejus fere abstinere, rusticis fâtem in colicis torminibus & hydrope prefertim tympanide curanda usus innotuit. Vulnera ex imposito recenti succo coalescere dicuntur ad miraculum &c. Dicitur & Laser, stercus Diaboli. B. *Wuppels-dreß.* G. Teuffels-Dreck. Gall. *Affa Fetida.* A. Affa fetida, vel p. vellodung. Gr. Οὐρῆς Μύρικης, Συγκανός, olim Κυρτανός. Laser Medicum quibusdam, seu Fetidum. Arab. Alit. Indis Hin.

ASAPHATUM, est *Impetigo*. Vide *Saphatum*.

ASAPHIA, est vocis obscuritas, ex laxa aut mala organorum constitutione aut contemporatione, ex a priv. & manifestus.

ASARUM, est planta officinalis, satis humilis, quæ habet folia instar hederæ, sed minora, magis orbicularia cum deliquio ab una parte, polita, tenera, coloris viridis splendentis, auris humane figuram referentia, caulibus satis longis adhaerentia; finis pedunculi porrigitur in ovarium, cuius superior pars excurrit in calicem trifidum profunde sectum, ex centro apicis ovarii erigitur tuba crassa, cylindrica, definens in sex recurvos biféctos apices; Ex ambitu imæ tubæ accreta circumponuntur eleganti ordine stamina duodecim, instructa testiculis, secundantibus tubam dictam, paten-

tem usque in cava ovarii, quod hexagonum dividitur in sex loculos distinctos, in quibus gigarti haerent; flos quinque staminibus donatus, purpureus; radix perennis, fibrosa, parva, repens, angulosa, nodosa, incurvata, filamentosa, ex fusco rubescens, odoris fortis & grati, saporis acris nauseosi, & aliquantulum amari cum aliqua adstrictione; crescit in montibus, ut & in hortis: vi vomitiva donatur haec planta, sic dictum volunt, quod in orpatum non veniat, quoniam in coronas & ferta non addatur; ex a priv. odore mundare, ornare, vertere: dicitur & Nardus sylvestris quia radicis odor ad Nardum accedit. B. Hasel-wortel / quia circa corylos succrescit, vel quasi diceret Aſar-wortel. G. Hasel-Wurz, Hasel-Minich, Hasel-papel. Gall. Cabaret, Oreille d'Homme, Nard sauvage, Oreillette, Rondelle, Girard Ronfin. A. Afarabacca.

ASCARIS, seu *Aſcarides*, sunt exigui rotundi vermes, qui in intestino recto plerumque hospitantur in suis nidulis, cui titillationem & molestiam inferunt, ab aere moveo, exerceo, quia suo motu molestant. B. Aars-mapen / Mars-wormtjes. G. Ars-Wuerlein. Gall. *Aſcarides*, petits vers. A. Aſcarides, little Worms.

ASCIA, ad vinculi & deligationis species refertur, quae parum à recto declinat, in obliquum tamen nondum vergit infigit.

ASCITICUS, qui Hydrope ascite laborat.

ASCITES, est hydrops, sive collectio lymphæ effusæ in duplicatura peritonæi, in cavo abdominis inter peritonæum & viscera abdominis; vel in dilatatis glandularum abdominalium cavernis haerentis; unde oritur abdominis tumor; & Lympha haec fluet ad diversam corporis inclinationem, quo distinguitur ab *Anasarca*, ab aere uter, quia utris in modum venter distenditur. B. De waterzugt / 't water bulk-water. G. Die Wasser-sucht. Gall. Ascite, Hydropeſe Ascite. A. A species of dropsie so called.

ASCLEPIAS, est *Hirundinaria* seu *Vincetoxicum*, habet caules rotundos, flexiles, saepe parte superiori plantas vicinas ambientes, folia conjugata, bina, caulinum nodis adversa, oblonga, polita, ampla, acuta; flores monopetalos, ad superiora divisos, ita, ut fructulum pentapetalum referant, coloris albi, odoris grati; post florem suc-

succedit fructus, duabus filiis membranaceis constans, oblongus, acutus, per maturitatem dehiscens juxta longitudinem, continens semina plura, papposa, lanugine cristata, & multiplice serie imbricatum sibi invicem incumbentia, coloris rubicundi vel ruti: radix tenuis, fibrosa, albicans, odoris graviusculi, penetrantis, saporis acris, amaricantis aliquantulum nauseosi; dat succum lacteo vi ridecentem; haec planta crescit in montibus & fylvis Famigeratissimum antidotum. Ab Aesculapio antiquo Medicinae Authore nominata est. B. **Schalwe-wortel.** G. Schwalben wurtz. Gall. *l'Asclepias, vinq poison, dompte venin.* A. Swallow wort.

ASCYRUM, est Hyperici species, & hoc perfectissime refert, sed vasculum feminine quinque loculare habet; significat durum foenum, unde G. & B. Harthew, **Herts-hop:** Gr. à contrario huic nomen imposuisse videtur, οὐετος enim illis asperitatem significat quasi planta non aspera sive glabra, quia vi emolliendi pollet. G. etiam Hartz-Hawe, Waldt-hopff. Gall. *Aesciron.* A. St. Peters wort.

ASEF, Idem quod *Hydroa*.

ASELLUS PISCIS, dictus à colore asini.

ASEMA, est crisis (ut dicitur) seu morbi præter spem mutatio, sine signis indicantibus eveniens. Ex a priv. & σημα seu σημειον signum, à σημειον signo.

ASITIA, sive **ANOREXIA & APOSITIA**, est alimentorum abhorrens fastidium, ex a priv. & σημα alimento, frumentum. B. *Een walg van eten / onlust tot eten.* G. Der Eckel zum Essen. Gall. *Degout.* A. A Loathing, or nauseousness.

ASODES, vide *Affodes*.

ASPALATHUM LIGNUM, hujus plantæ est florum magna suavitas, suntque multi & parvi: Ipsa planta frutex est densis ramis, spinis albis, duris, horridis, cortice caudicis albo, ad trium cubitorum & majorem altitudinem in altum affurgens. Verum Medici qui ante nos fuerunt, Aspalathum nescientes, *Citrinum* substituerunt *Santalum*, vel *Meum*, & si ignorantibus concedere fas sit, non ineptum, dictum παρὰ τὸ μὲν ὑπὲν τὸν τὸν πληγῶντας οὐτοις ἀφαιρεῖσθαι, quod non facile evelli sive eximi queat è corpore eorum, qui in eam impegerunt,

est enim frutex multis spinis horrens. *Plautus* ait *Tyrannos Alpalathi spinis apud inferos laniari.* *Theocritus Schol.* estē spina genus ait venenatæ. ~~ανιστάω~~ enim est avello, abstraho. Gall. *Afpalat.*

ASPARAGUS & ASPARAGOS, est planta, quæ habet caules crassos, rotundos, firmos, rectos, folia non habentes, in initio virides, deinde albos, edules: folia, ubi crevit, habet tenuissima proxima faniculi foliis; flores rosaceos, hexapetalos, nudos, sex staminibus praeditos, campanulam oblongam referentes; ovarium natum ex placenta hærente in pedunculi apice intra florem, fit bacca rotunda, mollis, rubra, includens semina dura, orbicularia, cornæ duritie, saporis subacris, subdulcis, odoris nullius: radix numerosa, longa, parva, spongiosa, rotunda, ex uno capite inaequali in plures fibras se se disfundens, externè coloris grisei, internè albi, saporis subdulcis subacris, odoris nullius, urinas valde inficiens. *Ασπαράγος* Græcis est, quod primum in lucem prodit oleris gerumen, priusquam in folia explicetur, sive recentissimus turio, qui edendus est, ut lactuæ, lupuli, betæ, omnia etiam germina & recentes caulinuli τοῦ θάραυρος Asparagi dicuntur, non improbabile videtur nomen ipsi esse datum παρὰ τὸ αὐτὸν κατακλύσμα τοῦ παρθενόβροντος, quod contrectantes ac faltantes manus findat, spinisque suis laedat. Exrita priori litera *Sparagus* vocatur. B. *Asperges / Sparges / Storal-kruid.* G. Spargen. Gall. *Asperges.* A. Sperage, or Sparages, corrupter Sparrow-graff.

ASPERA ARTERIA, seu *TRACHEA*, est fistula oblonga ex cartilaginibus variis & membranis constans, que à gutture, sive faucium imo incipiens, gulæque anteriori incumbens, inque pulmones descendens, per totas eorum compagines ramificatione multiplici differtur. Superior pars *Larynx*, inferior verò *Bronchus* appellatur: quibus & tercia sive infima à *Malpighio Vesicularis* dicta additur; inservit aërem transmittendo per os vel nares acceptum, voci & respirationi. B. *De Longe-ppp / de Börgel-ppp / luft-adtr.* G. Die Luftr-Roehr. Gall. *l'Aspre ou Trackée artére.* A. The Windpipe.

ASPERELLA, idem quod *Afprella.*

ASPERGULA, vel *ASPERULA*, est species Aparine, & folia sere eadem habens, sed parum latiora, & mi-

minùs aspera , parùm villosa , ex caule stellatim numero sex vel septem prodeunia; flores in summitate caulis crescunt, in quatuor partes incisi, coloris albi, huic succedit fructus, qui continet parva duo femina, agglutinata, que sunt ferè rotunda, in medio excavata: radix parva, fibrofa, in terra repens; habet hec planta odorem valde gratum; hinc dicitur culcitra virginis; Asperula dicta, quod ob asperitatem prætereuntium vestibus adhæreat. B. Ste-
nenkruit vel Lieven Vrouwe Bedstroo.

ASPHALATUS, vide Rhodium.

ASPHALTOS, ASPHALTIUM, & ASPHAL'TUM, est bitumen, sevum, aut resina Macrocosmi, picis instar durum &c. Supernatare primum aquis conspicitur, seu lacubus, hinc ad littora propulsum solis ardore, ignis vi, vel & temporis mora excoctum concrescit, densatur, tenacissimumque redditur & splendens, fusile iterum est ad ignem, miscibile ad pinguitudinem olei afflusi, & inflammabile. Præstatur reliquis *Judaicum bitumen*, quod Mortui maris (*Ασφαλτίς* propterea dicti,) genitura. Præstat ut purpuræ modo splendeat (sc. in nigrore) fitque ponderosum, & validum odorem vibret; nigrum autem & folidum vitiosum est. πάγη τὸ σφάλλιον, quamvis ab Asphaltide lacu (mortuum mare vocant) ubi plurimum colligitur, derivari possit. Illud quoque nomen imponitur Trifolio odorato seu bituminoso, eo quod illud bitumen seu Asphaltum oleat. B. Joden-lpm. G. Erd-hartz, Erd-Schwebel, Jueden-pech. Gall. Bitume Judaïque. A. Jews. pitch.

ASPHARAGOS, idem quod *Asparagus*: sed loco π . Attice scribitur cum ϕ .

ASPHENDAMNOS & SPHENDAMNOS, est Acer montanus, fortè à Σφέδων funda. Ex Acere fiunt Arcus, & quia una vox saepe pro altera sumitur, Arcus fortasse pro funda sumptus.

ASPHODELUS, est planta officinalis, quæ habet caulem rotundum, politum, fortē, ramosum, folia porri, sed longiora, & angustiora; florem in basin usque ferè divisum, nudum, stellatum, ovarium complectens instar calicis, ovarii apex emittit sex stamina, & tubam longam ex centro, fit deinde fructus obrotundus, carnosus, triangularis, in tria loculamenta, in quibus se-

mina triquetra reconduntur, divisus : radix multis tuberibus ab uno corpore pendulis, constat : saporis est amari & penetrantis : diuresi præcipue pollet, dictam volunt, quasi σπάσιλον διὰ τὸν τὸν πανομένων οὐκεῖν τηροῦν, à mortuorum combustorum cinere. Etenim in tumulis Veteres Asphodelum ferebant ne decesset cibus mortuis, uti Porphyrius in quodam Epigrammate scriptum reliquit, ubi tumulum his verbis introducit, Νότω μὲν μαλάχητον τὸν ἀσφόδελον πολύπριζον, κόλπωδί τὸν δεῖνα ἔχει. Foris quidem Malum, Asphodelumque habeo, intus verò mortuum clando.

B. & G. Assodill. Gall. Asphodelé. A. Asphodie.

A sphixia, est pulsus sensibiliter deficiens sive potius pulsus privatio, sive defectio, cum non percipitur nostro tactui motus, atque hoc in omni parte, ita ut quo ad nostros sensus, nulla usquam arteria moveri videtur. Sumitur etiam pro *Lipothymia* & *Syncope*, sed in summo gradu, ubi omnia signa vitae deleta quoad sensum, mortis imaginem simulant, ex « priv. φίξω » salio, pulso. B. *En ongevoelige pols / een pols die allenksheng vermindert*. G. Ein tödliche ohnmacht, wen der puls auffhoeret. Gall. *Le poulx manquant*. A. A pulse that is sensibly decayed.

ASPISTIS, Serpentis summè venenati genus est : dicitur ab « privativo. & οὐκέτω, » sibilo, quia non sibilat.

ASPIDION, est clypeus parvus, *ασπίς* enim est clypeus, sic vocatur *Alysson Dioscoridis*, quia siliquas habet rotundas & parvas initar clypei parvi.

ASPLENIUM, est Scolopendrium, est planta, que habet folia Polypodii, sed minora, satis rotunda, versus latus incisa, lanuginosa, pulverem squamosum habentia, in quibus microscopii ope apparent capsulae membranofæ sibi invicem incumbentes, singulæ instructæ funiculo rotundo, qui constrictione suâ hunc fructum in duas partes aperiens, semina quedam minima fundit ; radix est fibrofa : crescit haec planta in locis saxosis ut in muris, praesertim in locis calidis : ita dicitur, veluti *ad splenem*, vel ut alii malunt, quod minuat lienem tumidum & obstruetum, vocatur quoque *Ceterach officinarum*. B. *Miltkruid / steenwaren*. Gall. *Ceterac ou vraye scolopendre*. A. Spleenwort or miltwast, vide *Splenion*.

ASPRELLA, est Equisetum majus, sic ob asperitatem dicta; eâ enim cistæ & scrinia poliuntur. B. *Polyft-betzell*. ASSA

ASSA FOETIDA & DULCIS, vide *Afa*.

ASSA DULCIS, idem quod *Benzoin*.

ASSARIUS, est Veterum pondus, continens drachmas duas.

ASSATIO, ab ASSARE, est quædam coctio sicca per ignem, ut est rhabarbari tostio, scillæ in fornace coctio. B. Brading. G. Bratung rostung. Gall. *Affation, torrefaction*. A. A Roasting or Brying.

ASSIMILATIO, est nutrimentorum assumptorum concoctio, attenuatio, cum liquoribus animalibus subactio in formam nutriendo corpori aptam.

ASSODES, est febris continua, in qua exteriora moderatè calida sunt, intùs verò ardor adeit, sitis insatiabilis, perpetua corporis jactatio, vigilæ, delirium, &c. ab ardore siccо, exarefco, & iude forma. B. Een waalg-hoozт / een heet-houde-hoozт. G. Ein Kaltes Fieber. Gall. *espece de Fievre froide*. A. A Loathing feaver.

ASTAPHIS, Atticis, vel STAPHIS, est uva solempassa, Σταφύλη enim est uva.

ASTER, est planta, quæ habet caules rectos, tenues, rotundos, duros, partim villoso, coloris rubri; folia oblonga, villosa, aspera, saporis parum amari & aromatici, ex summitate caulium oriuntur ramusculi, ex quibus flores radiatim dispositi nascuntur, pulchri, visu grati, instar Bellidis dispositi, coloris cærulei, violacei, purpurei, aliquando albi; florи succedunt semina oblonga, cristata; radix est tenuis, fibrosa, acris, amara, aromatica parum: Gr. ἀστέριον stella, quia flores ejus stellæ in modum explicantur, vel ut alii scribunt, quoniam ejus capitula, in quibus flores chamælii instar emicant, per ambitum divisa foliolis stellæ modo radiata spectantur. *Attici* nomen ei tributum, quod in Atheniensi agro frequentior vel melior, quam alibi proveniat, dicitur & *Asterion*, & *Astericus*: Εσπάρσιος seu inguinalis, quia ingunum præsentaneum est remedium. B. Sterre-kruid. G. Meyer-kraut, Bruchkraut, Scarten-kraut, & Stern-kraut. Gall. *Espargoute, Estoillée*. A. Star-wort.

ASTERION, & ASTERICUS, vide *Aster*.

ASTHMA, est respiratio difficultilis, parva, & crebra cum stertore & sibili. Atque hæc duo phænomena ab Asthmate absit nequeunt, tullis tamen primo sicca, paulo

paulò post humida raro non adest , si unquam absit : Preterea Anxietate laborant , & incedere , sape etiam stare , nunquam absque incommodo in lecto decumbere , praesertim molli , nequeunt , sed à loci angustia valde etiam laeduntur , unde fenestræ apertas volunt & libero aere frui . Nonnullis adest Cachexia , vel Febris , Pleuritis , Hæmoptœ , ventris Distensiones , Colica , Calculus , Palpitatio cordis , Animi deliquium &c. Aliquando periodicum est , & sape ingruit suppressâ evacuatione , quâ durante non aderat , & hoc difficultius est , quo minus tussi phlegmata ejiciuntur , ab $\text{ao} \text{ } \text{mu} \text{ } \zeta \text{ } \omega$ anhelio . B. Amborſtig / dampige boſt hort-ademung / hort-boſtig / de king . G. Engbuerſtigkeit , Schwer athem . Gall. Asthme , Courte haleine , pouſſif . A. Shortness of breath .

ASTHMATICUS , est qui Asthmatis laborat . Vide quid sit Asthma . B. Die engboſtig iſ . G. Engbuerſtig . Call. Astmatique , pulmonique . A. One that is shortwinded .

ASTRAGALOIDES , folia habet pinnata , in impar desinentia ; filiquam univalvem cymbæ instar , femina remiformia : sic dicitur , quia Astragalo similis est , ex $A \text{ } \tau \text{ } \acute{e} \text{ } \gamma \text{ } \alpha \text{ } \acute{e}$ talus , & $\text{il} \text{ } \text{lo}$ forma .

ASTRAGALUS , est Herba leguminosa : habet caules exiguoſ , simplices , excavatoſ , rubicundoſ ; folia multa parva , brevia , acuta , villoſa , pinnata , aliquantulum amara , bina quaſi conjugata , ad costam in folium impar desinentem ; flores leguminosos , in ſummitate naſcentes , purpureoſ , aut aliquando alboſ , ſibi invicem conjuṇteſ ; poſt florem ſequitur filiqua oblonga , rotunda , parva , rubicunda , feſta ſeminib⁹ reniformib⁹ ; radix eſt longa , dura , lignoſa , digit⁹ crassitie corticem crassum , & fuscum habens , intus alba eſt , ſaporis dulcis ; haec planta in ſuperiori parte ſe in plura capitula diuidit , tres vel quaatuor digitos longa , quæ , niſi intimius examinarentur , viderentur aliarum plantarum radices ; crescit circa vias , & diuidit in filiquas longiores & bulbataſ , vel in inflatas . Nomen accepit à feminis forma $A \text{ } \tau \text{ } \acute{e} \text{ } \gamma \text{ } \alpha \text{ } \acute{e} \text{ } \text{o} \text{ } \text{i} \text{ } \text{d} \text{ } \text{e} \text{ } \text{s}$, talum referente . Alii dictam hanc plantam volunt , quod radicem teretem in ſuperiori , infernali parte planam ac compressam habeat . Vel Astragali nomen inditum ab adnatib⁹ appendicibus solidis , duris , ſtu

seu cornua implicitis, ad similitudinem flagelli. Gall. *Astragale*.

ASTRAGALUS, sive OS BALISTÆ, est primum os, tarsum unum cum aliis 7 ossiculis in pede constituens, quodque basis instar ossibus tibiæ subjicitur, sex habens latera, quibus mediantibus connectitur ossibus vicinis, ab ἀστραγαλίω talis ludo, unde ἄστρια talus à Græci nominis ἀστραγαλός terminatione ultima, γάλα recisa, talum ab ore Romano formatum existimo, quum inter se r & t sepius sint permutata pari valore & pronuntiationis sono, alii ab a priv. & εριφω verto deducunt. B. *De enkelen / de enklauw / de hoot.* G. Der Knod oder Knoch, Item, das ferßenbein, die knockel des Schenckels. Gall. *Talon, Astragale.* A. The Huckle bone, the ankle.

ASTRANTIA, Folia habet quinquefida, digitata instar saniculae; florem rosaceum, umbellatum, plurimis scilicet petalis constantem, apice plerumque reflexo, in orbem positis & calici insidentibus, is autem abit in fructum ex duabus siliquis compositum, membranaceis, oblongis, platicatis, contortis, striatis, quarum singula continet semen oblongum, & angustum; radix est fibrosa, nigra, unicapiti adhaerens; crescit in sylvis: dicitur & *Magistrantia* sunt corruptæ voces; dicitur & *Asterition*, unde *Osterium* seu *Ostrutium* sive *Imperatoria nigra*, Helleborus niger sanicula folio, sanicula foemina.

ASTRICTA ALVUS, vide *Alvus Astricta & Coprosta*.

ASTRICTORIA, vide *Astringentia*.

ASTRINGENTIA, seu ADSTRICTORIA, sunt quæ particularum suarum crassitie & figuratione praedita, corporis partes inter se cogunt & constringunt, qualem habent ex gr. cunei, lamellæ complicatae & dissimilantes, nec non fides ex contortis intestinis factæ. Gr. Στρεγμός. B. t' *Samentrekende middelen.* G. Zusammenziehende artzney. Gall. *Remedes adstringens, Styptiques.* A. The binding, Astringent Medicines.

ASTRION, est Herba dicta *Stellaria & Stella*, seu *Cornu cervi*, quia ejus plantæ folia in modum stellæ humi decumbunt. ἀστριον enim est stella.

ASTROLOGIA, est doctrina de astris, eorumque influentiis, viribusque in corpus non tantum humanum, sed

sed in quævis terrestria, quæ veteres astronomi Ægyptii miræ efficacæ finixerunt, à quibus ad medicinam poterat ineptissimè horum cognitio translata est, dum ex influentiis astrorum, causas morborum, sanitatis, medelarum, Longævitatis, explicare cœperunt, ex ἀστρονομίᾳ & ἀστρονομῳ. B. *Hennig der sterren / sterre-kijk-kunde.* G. Sternkunst. Gall. *Astrologie.* A. Astrologie.

A TAXIA, in genere privationem vel defectum ordinis decentis significat, in specie est defectus in requisito ordine dierum criticarum, secundum Veterum hypothesum; pulsus quoque dicitur *ἄταξις*, inordinatus, qui nullum magnitudinis, celeritatis, aut æqualitatis ordinem observat; cui opponitur ordinatus, contrario modo se habens: sic & febris erratica dicitur *ἄταξις*, quæ nullum servat typum vel ordinem in periodis ex a priv. & raro ordinando.

A TAXMIR, dicitur cura oculi, quæ adhibetur, quando pili præternaturaliter in palpebris oculi sub pilis naturalibus excrescent, ipsique oculo nocent: Vox est Arabica ab *Albucafe* usurpata.

ATECNIA, ex a pr. & τέλος paro, idem quod *Agonia*.

ATHANASIA, est *Tanacetum*, sic dicta, quod ejus flores non facilè marcescant: vel potius, quod homines à vermis levet: hisce enim laborantes, videntur nec vivere posse, nec mori, ex a priv. & θάνατος mors.

ATHANATOS, est *Lychis Coronaria*, sic appellata, quod ejus flores colorem vividum diu retineant. Ex a priv. & θάνατος mors. Vide *Athanasia*.

ATHANOR, est furnus Chymicus. Aliis habetur Fornax sublimatorius, lapidi Philosophorum elaborando inservit. Dicitur & *Fornax acida & Niger Henricus*, vel *Piger Henricus*, & uterus chymicus. B. *Leupe Hendrik*. G. Ein Ofen genant Fauler Heintz. Gall. *Four à distiller pour la pierre Philosophale.* A. Slow Henry.

ATHENATORIUM, est coöpertorium ipsum vitreum super cucurbitam, habens collum gracile & spissum, quod intrat cucurbitam, neutiquam illam ambiendo; inservitque præcipue sublimationibus.

ATHEROMA, est tumor propria tunica materiam pultaceam continens, indolens, digitis non facilè cedens, nec pressus, cavitatem relinquens, natus plerumque in foli-

folliculo adiposo, vel in cavernis glandulosis, à materia tali collecta, vel stagnando sic facta: ab ~~ab~~ ~~age~~ pultis genus; unde ~~esse~~ Aria, ex cuius granis puls solebat parari. B. *Een Pap-geswel / bry-puist.* G. Ein Brey-geschwulst. Gall. *Atherome.* A. A Kind of swelling so cal-léed.

Aθύμησις, Decessio febris incomprehensibili, ex ~~a~~ priv. & ~~τριπλού~~, quasso, & *τριπλού*, accessio.

Αγορυρα, Collectio, acervus, cumulus; ab ~~αρε~~, densus & confertus.

A THYMIA, est animi defectio & anxietas, ex ~~a~~ priv. & ~~τριπλού~~ animus. B. *Een qualiteit.* G. Ohnmacht. Gall. *Pasmofson.* A. Fainting.

ΑΤΙΝΙΑ ULMUS, sic dicta à civitate Campaniae *Atina* appellata.

ATLAS, est vertebra prima colli, immediatè capiti subjecta; sic dicitur quia caput sustentare videtur, corpore & apophysi spinosâ caret; ejus substantia reliquis solidior; supra & infra recipit, & non recipitur: caput in ejus anteriori parte articulatur, quo in articulo caput flectitur & extenditur: foramen proprium est omnium maximum; processus transversales reliquis longiores; peculiare quoddam ligamentum habet semicirculare, quod processum dentiformem sequentis vertebræ amplectitur, ab ~~ατλα~~ sustinco, persero. B. *Het Hoofddragende Werbel-been / den At-lag.* G. Der Atlas-Wirbel. Gall. *Atlas, la première ver-tebre du col.* A. The Atlas whirle-bone.

ATLE, est vox *Ægyptia*, nobis *Tamariscus domestica*.

ATO CIA, scū *ATEC NIA*; est ex ~~a~~ priv. & *τιττω* pario: Vide *Agonia*.

ATO CIUM, est nomē spuriū, alias *Lychniis sylvestris*: est, quod nondūm peperit: quia species flore pleno ūmen non ferat, ex ~~a~~ priv. & *τιττω* pario.

ATOMON & ATOMOS, sic quibusdam vocatur *Hel-leborus albus*, ut & *Hyoscyamus*, nec non *Thus*; quam ob causam, nescio: sorte quia ob vires strenuas, fecari ab imperitis non debet, ex ~~a~~ priv. & *τιττω* feco.

ATOMUS, est minima fine ultima corporis particula, ex quarum congregata in unum multitudine, corpus quodvis sui generis componitur; & in quam separando partes iterum ab invicem, ultimo dissolvitur: talis ergo parti-

cula est in divisione ultima , ergo ulterioris divisionis verâ actione incapax , unde constantissima , talisque semper permanens ; qualem pro principio omnium corporum assumpsit Epicurus . Verum usurpatur hæc vox plerūque laxiori sensu , quā denotantur particulae corporum subtiles , quæ solæ spectatæ sensus humanos fugiunt , adeoque indivisibilis nostrâ potestate habentur , ex a priv. & ¹⁶⁴⁷ seco . B. *Ondeeltie* . G. Unzer trenlich stuecklein . Gall. & A. An Atome , or Small particule .

ATONIA , est languor , infirmitas & remissio virium , ex a priv. & ¹⁶⁴⁷ tendo . B. *Slayheid* / magteloosheid . G. Ohnmacht . Gall. *Foiblesse* . A. Loss or Strength .

ATRA BILIS , vide *Melancholia* .

ATRAPHAXIS , Atticis litteram in t mutare frequenter amantibus , dicta est , quod ^{ad eos a vēa} , id est , statim in amplitudinem adolescat . *Chrysolachanon* , sive *Aureum Olus* dixerunt , à luteo , quem profert , colore , vel dicitur ^{maḡa r̄ ad eos ab ēir} , utpote quæ octavo à satu die protreat . Vide *Atrapraxis* .

ATRACTYLIS , est Cardui , seu *Cnici sylvestris* species , sic dicta est , quod ex ejus scapo longo , laevique , rusticæ mulieres fusos conficiant . ^{A reuxr} est fusus . B. *Vastaert Saffraan* . G. Feld-Saffran . Gall. *Saffran Sauvage* . A. The Thistle .

ATRAPHRAXIS , Latinis *Atriplex* . Attici & litteram in t mutare amant . Dicta est , quod ^{ad eos a vēa} , id est statim in amplitudinem adolescat .

ATRETUS , est cui anus aut genitalia non sunt perforata , sive id ex natura fuerit , vel morbo ; carne videlicet aut membrana supercrescente , & meatum obstruente . Ex a priv. & ¹⁶⁴⁷ perso . B. *Een toegroeijinge van den Aars of andre deelen* . G. Dem der Aars ist zu gewachsen . Gall. *Qui a quelque partie sans ouverture* . A. No perforated in an party .

ATRIPLEX & ATRIPLEXUM , est oleris genus : Planta est , qua habet folia ampla , acuta , Betam referentia , sed minora , molliora , pulverem farinaceum habentia , coloris pallidè virentis , saporis insulsi ; calix est pentaphyllus ; flores sunt parvi , flavi , monopetalii , quinquifidi , alias staminibus quinque prædicti ; in centro semen orbiculatum , planum , vel quodammodo ovatum , fa-

aporis, dum recens est, nidorosi, est & capsula involutum, in iis, ubi flos fructui contiguus; vel ovarium subrotundum, tubis suis instructum, arde comprehenditur a duobus foliis angulatis seu cordiformibus, planis, in iis, ubi flos mas a fructu remotus est; radix recta, longa, fibrosa; haec planta colitur in hortis, videtur corrupta vox a voce Atrapaxi, vel ab atro colore, ut quidam ajunt, quod homines lividos, & decolores faciat. Gr. Ατραπάξις, & κευσθλάζων. B. Atrapax. G. Molten, Milten. Gall. Arroche, bonnes Dames, Prudes Femmes, Folletes. A. Offrage.

A TROPHIA, sive TABES, φόον, φθορις, φθινάς νέφος. Plut. τηνελών πών Aret. eo. Est cum torum corpus, vel aliqua pars alimentis non reficitur, sed sensim gracilescendo emacescit; Tabes saepe tantum sumitur, pro ulcere pulmonum, quo corpus universum sensim colliquescit, ex a priv. & τελφού nutritio. B. Ein eringe / vordeng gebrech. G. Schwein-sucht, das Schwinden der glieder, die Darre, dasz abnemen, Schwind-sucht. Gall. Conſumption, Charbre. A. A Consumption.

A TTA, Festo, qui propter vitium pedum terram attingit potius quam calcat. B. Die de aarde schroot te raken. G. Ein Schlupffer, Schlarper. Gall. Trainepieds. A. One that rather toucheth than treadeth on The ground.

ATTENUANTIA, seu INCIDENTIA, sunt Medicamenta, quae acutis suis particulis, poros aperiendo, crassos & viscidos humores incidere & discindere posunt in particulas minores: vel sunt potius illa, quae vim habent singulas liquidi moleculas in minutiores reducendi, nisum particularum ad cohaerendum tollendo. Gr. Αττενουτία & Ταντία. B. Verdunnende middelen. G. Duennmachende mittelen. Gall. Remedes attenuants. A. Attenuating.

ATTENUATIO, est particularum alicujus medicamenti subtilisatio, ut eo melius & promptius lactea vaia permeent. B. Verdunning. G. Subtilizierung. Gall. Attenuation. A. Attenuating.

ATTONITUS MORBUS, idem quod Apoplexia. Cefso, propriè cuius casus fulminis vicini, aut tonitra sonitus stuporem afflavit. Gr. Απόπλεξις, Εμόπλεξις.

ATTRACTYLIS, idem quod *Atractylis*.

ATTRAHENTIA sunt, quæ tenuibus suis particulis, poros aperiendo, humoresque contentos alliciendo foras, ubi minor est resistentia, non tantum partes in tumorem attollunt & rubore suffundunt, sed saepe etiam plures vapores & humores, quam per densam cuticulam erumpere possunt e' cute & carne expellendo, sub cuticula colligunt, eamque in vesiculos attollunt: Imò non raro etiani festucas & aculeos infixos educunt. Gr. Ελαῖα, Επιστρίψια, Εγκατατίνα ab ἄλλω traho. B. uit-trekkende middelen. G. Austreibende artzney. Gall. Remedes attractifs. A. Attracting Medicines.

ATTRITIO, dicitur solutio continuæ superficiaria cuticulæ & cutis à compressione & motu oriunda; uti in itinere plantæ pedum, vel in obesis nates atteruntur. B. Af-schuuring. Gall. Frottement. Sic quoque vocatur *Cardialgia* species, quâ ventriculus ab assumpto cibo, antequam excernitur, intense dolens, & æstuans atteri videtur cum angustia & compressione anhelitus, ut statim præfocari videatur.

AUCTIO CORPORIS, est conditio quædam, quâ solida & fluida corporis animalis non tantum restituuntur ab assumptis, verum majorem in extensionem & copiam increscunt, quam quotidie vi circulationis dissipantur. Gr. Αὔξησις. B. Vermeerdering. G. Vermehrung. Gall. Accroissement. A. Augmentation or Increase.

AUCUPALIS SORBUS & AUCUPARIA, sic vocatur *Sorbus* seu *Ornus*, quia ejus baccis volucres capiuntur.

AUDITORIUS MEATUS, vid. *Meatus auditorius*.

AUDITUS, est sensus, quo ex vario aëris corpori sonoro circumstantis motu tremulo, tympanum in meatu auditorio verberante, aërem in cavitate tympani movente, soni per nervum auditorium, sensorio communis communicantur, ibique percipiuntur. Gr. Αὔκων, Αὔχεσις. B. Het gehoor. G. Anhoerung, gehoer. Gall. l'Ouye. A. The Hearing.

AVELLANA NUX, est nux arboris coryli, involucris callosis, succolis, herbaceis, barbatis, hirsutis, adstringentibus & acidis obsepta, magnitudine, ut plurimum dimidio minor juglande, oblonga, vel globosa,

pu-

putamine umbilicato, per maturitatem flavescente; aut rufo, lœvi, lignoso, aut duro satis, cui subest pellicula in domesticis quibusdam coccinea, in aliis subrufa, in aliis alba, nucleus obvestiens albidum, firmisculum, sicuti Amygdali nucleus, ejusdemque sapore dulci lacteum remittentem succum; forte ab avellendo, quia fructus a velluntur. Quidam malunt vocari *Abellana*, forsan ab urbe Abella, vel *Abellinum*, vel ab *Avella*, urbe Campaniae abundante optimis nucibus, quæ dicuntur *Avellana*: vocantur etiam *Κάρπα ποντικά*, quod in Asiam Græciamque e Ponto venerunt: & *Λιπλούρα*, sive parvæ, quod juglandibus minores sint. Vide *Corylus*. B. *Hafelnoten*. G. *Hafelnusz*. Gall. *Noisettes*, *Avelines*. A. *Hafell-nut*.

A V E N A, est planta, quæ habet caulem tenuem; flos est apetalus, per fasciculos pendulos dispositus, singuli nempe flores plurimis staminibus constant, ex calice surgentibus; pistillum autem deinde abit in semen oblongum, tenuem, farinaceum, gluma, quæ floris calix fuit, obvolutum; singuli fasciculi ita disponuntur in spicam ut dependentes veluti parvulas locustas bipedes *Avena* gerere videatur, quidam deducunt ab avere, quia concupiscitur, Gr. βέρα, forte à βέρα, quod cibum significat. B. *Haver*. G. *Habern*. Gall. *Avoine*, *Aveine*. A. *Oats*, *Haver*.

A U G M E N T U M F E B R I U M, seu **I N C R E M E N T U M**, est computatio, à quo tempore, febris continuae incendium totam sanguinis massam occupavit, usque dum pervenerit ad statum. Gr. *Αὐδεῖος*, ab *ἀρδεῖν* ascendo. Vocatur item *Ἐπιδειξις*, *Ἐπιτασις*, *Αὔγεωσις*. B. *Opftumminge der koorts*. G. Anwachung des Fiebers. Gall. *Accroissement de la Fievre*. A. The in crease of a Feaver.

A V I C U L A E C Y P R E A E, sunt pastilli aromatici, Gallici *Oiselets*, quia accensi sensim sensimque avicularum more volant, locumque odore replent.

A U R A V I T A L I S, notat quibusdam illud in corpore humano principium, à quo omnes functiones vitales pendunt, quoque sublatto, vita perit.

A U R A N T I U M M A L U M, est fructus arboris, quæ folia habet rigida, ad basin duabus utrinque appendicibus seu lobis in cordis formam inscisis; calix est instar co-

tyloë orbicularis, parum cavus, brevis, quinquisidus, vel & scissus in sex segmenta; flos pentapetalus, rosaceus, multis staminibus infra concretis ornatus; ex imo centro calicis placenta orbicularis nata sustinet ovarium, sere rotundum, tubâ longâ instructum, id sit fructus globosus instar pomi, cortice cinctus, qui in una specie tenuior est, & fragrantior, in altera crassior; si hic recens est ad oculum apparent folliculi rotundi, tenui lamellâ testi, in quibus oleum aromaticum gratum, à quo odor & sapor aromaticus dependet; hoc adeo scatet, ut pressus oleum exsiliat, & ad candelam accendatur, divisus in varia loculamenta, succi & vesicularum plena, fera seminibus callosis; crescit haec arbor in regionibus calidis, præsertim in Hispania & Lusitania, vocatur & Arantium, Autrangium, Aureum malum, maltum auratum, vel pomum Nerantium vel Anerantium, Narangion: dici volunt ab aureo colore, quem cortices habent; alii ab urbe Achiae Arantia dicta: alii à gente Persarum, quæ Aranii solebat vocari. B. Φλανζε Αππελην. Gall. Orange. A. an Orange.

AUREA ALEXANDRINA, est species opati sive Antidotii: sic dicitur quod recipiat aurum, & à Medico Alexandro inventa sit.

AUREUM UNGUENTUM, ab aureo dicitur colore.

AUREUS ARABUM, seu DENARIUS ROMANUS, septima unciae pars est; Pendet enim drachmam unam & in super septimam ejus partem. Tres denarii seu aurei tetradrachmam constituunt, quatuor scrupulos computatur pondere.

AURICHALCUM, vocatur æs factitium flavum, colorum auti præ se ferens, compositum ex lapide calamari & Cupro, dum metalli librae 64. & lapidis librae 46. cum invicem fundantur, misceanturque, quæ exhibent Aurichalci libras 90. B. Geel-koper. Gall. Cuivre jaune ou Leton. A. Brass.

AURICOMUM, dicitur esse Ranunculi species, sed male: ex Aurum derivatur, & Coma, fortè ab aureo florum colore.

AURICULARIS DIGITUS, minimus digitus est. Vide *Digitus*.

AURICULA, est illa pars Auris omnium oculis obvia, quæ in capite extra os temporum prominet; pendula,

dula, patula, exterius cava, certae semper & determinatae figurae in hominibus, externo suo ambitu renis circiter, vel sphæreoli admodum compressi, ovalem figuram referens, in superiori corporis loco, tanquam ad sonum undique facilius recipiendum, testibus ipsis animalibus in prato humi stratis, vel prono capite incidentibus, gramen mandentibus, ad minimum auditum sonum, quem acutius audire volunt, corpus & caput erigentibus, aptissimo, seniorio communi admodum vicino, adeoque commodissimo, capiti ad locum ossis temporum ita nequa sit, ut ab eo naturaliter paululum utrimque remota, parum antrosum & deorsum infundibuli vel corniculae instar incurvata, prominat & notabiliter eminentia supra os temporum elevata sit, ut in recens natis infantibus vel feris Asiaticis hominibus, nudo semper capite incidentibus observare licet. Mirabili autem hoc artificio efficitur, ut nunquam vel ab ullo non nimis remoto sonoro centro liberè propagati sonori radii, utramque auren simul omnes præterlabi queant, sed semper vel ab aurium alterutra vel ab utrisque, necessariò iatis copiosi recipiantur: liquet enim hoc clarissime ex eo, quod nullum in sphœra, circa hominis caput tanquam centrum radio trium pedum vel ultra descripta, posuit inveniri punctum ex quo non utraque, vel una auris, aut faltem auris particula conspici potest, adeoque radii recti in illam duci queunt. Hinc patet, quid malit contingat ex pessimo in hisce regionibus Europæis mos, quo nutrices jam à teneris teneras & flexiles infantum aureo galeris, ligaturis, cæterisque capitatis fasciis, & adultiores dein suas, viri comis adscititiis, pileisque, mulieres suis singularibus quasi hunc in finem fabricatis instrumentis, (que *voogdappes* & *haarpsers* belgicâ lingua vocant) cæterisque caput tegentibus & defendantibus integumentis, ligant, comprimunt, reprimunt, ad caput applicant, apprimunt, alligant, adstringunt, sic situm & formam naturalem auricularum haud parum immutant, depravant, egregium usum tollunt, hoc modo nativam illam à natura relictam, ut putant, deformitatem corrigentes. Hinc plerumque non amplius in his regionibus in suo naturali situ, sed ad ossa temporum appressas videmus hominum aures: in quo casu multi radii, alias in auriculam illapsu-

ri, præterlabuntur, & illapsi non omnes ad meatum auditorium pertingunt, unde minor radiorum copia, ad reliqua organa appellit; sit debilior impressio & gravior auditus.

AURICULA JUDÆ, sunt Sambuci fungi, habentes substantiam fungosam, spongiosam, levem, coriaceam, membranaceam, auriculæ instar, subtrus incanam & cinerream, supra nigricantem, saporis terrei & aquei insipidi, odoris nullius; cum truncis sambucorum annosarum adnascatur, à Tournefortio ad Agaricum refertur. Sic dicta, quod auriculam referant, cui additur Judæ: quia vulgus in ea opinione est pseudapostolum Judam se ex sambuco suspendisse. B. **Judas-Ooren.** G. Holder-schwamm. Gall. *Oreille de Judas.* A. Jews Ear.

AURICULA MURIS, est Alsinæ species: sic dicta quia ejus folia muris auriculis similia sunt. Vel Pilofella Myosotis. Gr. Μύωτις ὄτρα. B. **Muisen-oor.** G. Mausz-oehrlein. Gall. *Oreille de Souris.* A. Mous-ear.

AURICULA URSI, species est verbasci, quæ habet folia ex radice erumpentia, repentina, Borraginem referentia, in margine aliquantulum incisa, crassæ, lata, nervosa, villosa, aspera, laciñiata instar auris Ursi; caulis nudus est, sine foliis, rotundus, solidus, habens succum rubicundum, saporis dulcis & adstringentis, calix est parvus, quinquifidus, flos monopetalus, infundibuliformis; pistillum floris sit testa rotunda, calici adhærens, per maturitatem diffiliens in plurimas partes, habens placentulam, cui femina adhærent minima, angulosa: radix fibrosa, rubicunda, lapidibus adhærens, saporis adstringentis; haec planta crescit in montibus, aliquando in locis humidis: nomen fortuit ex eo, quod folia ursi auribus non sunt absimilia, præfertim hyemali tempore, aut quando folia primum prodeunt. B. **Beeren-oor.** G. Bären-ohrlein. Gall. *Oreille d'Ours.* A. Bears-ear or Oricula, Krenck Geweip.

AURICULA INFIMA, Idem quod *Lobus auris.*

AURICULA CORDIS, numero duæ sunt, dextra & sinistra: sunt duæ cordis appendices, cavæ, musculoſæ, ingentes, duplii serie fibrarum, contrario decursu in tendines oppositos latarum, instructæ, arteriis venisque innumerabilibus donatae, quarum dextra uno tendine ori

ve-

vendo dextri cordis thalami innixus , altero duriore in circulum ferè formati venæ cavæ accrescit ; hæcque ex vena cava cruxrem accipit , qui in ventriculum dextrum portatur , & inde pulmonibus imprimitur : Sinistra verò est minor , cui sanguis benè præparatus & solutus , mixtus , subactusque cum heterogeneis , quibusunque liquidis à pulmonibus de novo traditur , ut per sinistrum ventriculum in arteriam magnam exoneretur , & in universum corpus distribuatur . B. *De ooren van 't hert.* G. Oehrlein an das Hertz. Gall. *Oreillettes du cœur.* A. The Auricule or the eare of the heart.

AURIGA , est fasciæ species , quâ latera deligantur ; atque in hunc modum injicitur , mediâ fasciâ collum comprehenditur , capitate obliqua per pectus attrahuntur , ibique inter se implicata sub alis ad dorsum adducitur , ibi rursus implicatur , atque ita donec totus thorax deligatus sit , modo à posteriori , modo à priori parte implicatur , extremaque inter se devincimus , quo vinculo utuntur aurigas ad latera continenda . B. *Doermans-band.* G. Die Fuhrmans Windel. Gall. *Bandelette de Charrtier.* A. A. Charter or Waggoner.

AURIGO , Idem quod *Ifferus*.

AURIPIGMENTUM , est sulphuri plurimis dotibus simile , friabile , fusile , facile inflammabile , tumque foetore sulphureo infectum , non acido volatili ; iners , innoxium , parùm venenatum , fusione rubescens , tumque volatilem materiam emeticam præbens , *Arsenicum citrinum* male appellatum . Auripigmentum hoc nativum , fusum igne in vase clauso , mallam dat fragilem , facile conterendam , minii fulgore spectabilem , nec valde acrem aut venenatam , quæ vocatur *Realgar* , *Arsenicum rubrum* , vel *Sandaracba* .

AURIS , Est organum auditus , & notat omnia auditoria organa ; dividitur in tres cavitates scilicet in exteriores , medianam , & interiores : Exterior auriculam meatusque auditorium ; media tympanum ; interior verò labyrinthum comprehendit , &c. Gr. 2. B. *De Oor.* G. Das Oehr. Gall. *l'Oreille.* A. The Eare .

AURUM , est metallum , omnium ponderosissimum , simplicissimum , molle , maximè expansile , in igne & aëre fixissimum , coloris flavi , rubens ante fusionem , quod in

Madagascar est, adeo molle est, ut leni igne instar plumbi liquefcat, à sale marino ejusve productis tantum solvitur: hinc rubigine caret, quum aqua regia & spiritus salis marini nusquam in aëre volitent, vix sonorum, specificæ gravitatis ad aquam, ut 19636 ad 1000. ab Heb. OR, quod exponitur pro luce, vel Sole; unde Aurora. B. Coud. G. Gold. Gall. Or. A. Gold.

AUSTERUS, à Gr. *αύστης*, ab *υστη*, exsicco dicitur de eo, quod terrestris est naturæ, cum salinis tartareis permixta, vim habens linguam, dum gustatur, constringendi. B. *Wraung*. Gall. *Austere, Aprie*.

AUTOGENES, sic vocatur Narcissus albo flore: quia ejus bulbus, neendum terræ commissus, folia emittit: ex se enim quasi generatur aut nascitur, ex *αὐτῷ* ipse & *γένεσις* nascor.

AUTOMATΩS, est id quod sibi sponte movetur, ut est cordis motus, coctiones & fermentationes (ut vocantur) in ventriculo & intestinis, ab *αὐτοματιζω* sponte facio. B. *Zelfs-beweging / zelfs-roersel*. G. Sich selbst bewegende. Gall. *Automate*.

AUTOPSYA, ocularis alicujus rei inspectio est, ex *αὐτῷ* ipse, & *βλέψι*: verum notat quoque observations, & memoriam effectuum in morbis, quos unusque proprio intuitu observavit.

AUTOPYRUS, est panis, ex propria farina coctus, cui nil surfuris adjectum vel ablatum fuerit; hujusmodi panis aliis praesertur, quia surfures habent vim, ob gravitatem, abstergendi, ex *αὐτῷ* ipse, & *πρώτης* triticum. B. *Brood van Meel zo als 't van de Molen komt / Brood dat ongebult is*.

AUTUMNUS, dicitur anni tempus tertium, æstatem sequens, Arcturo oriente incipiens, & vergiliarum occasu definens quod notabile ob morbos mali moris plerumque ejus comites: ab augendo opes, ex Festo. B. *De Herfst*. Gall. *l'Automne, l'arrière saison*.

AUXILIUM seu REMEDIUM, est, quicquid contraria agendi vi, morbum impugnare est aptum. Estque triplex, *Diæta, Pharmacia & Chirurgia*. Vide Medicamentum. B. *Geneesmiddel*. G. Ein Arzney, huelfse. Gall. *Aide, secours, assistance, Remede*. A. Helpe, assistance, aid.

AUXYRIS, corrupte, sed melius *Osyris*: forte à *σύρω* traho:

traho : dicitur de iis qui, rastris stipulas aut simile quid in unum acervum contrahunt, & qui scopis fortes è parietibus detrahunt, aut in pavimentum contrahunt. Ex illa Herba olim fiebant scopee, inde *Scoparia* dicta.

A X I L L A, est cava^ta illa subter Brachium, in adultis pilis conserta. Lat. *Ala*. Gr. *παρχάν* & *πάλη*. B. *De Orel*. G. Die Achsel. Gall. *l'Ajelle*. A. The arm-hole, or arm-pit.

A X I L L A R E S V E N E & A R T E R I A E, sunt illa vasa sanguifera, quae à trunci summitate vena cavae, & arteriae magnae supra cor ad axillas, & brachium excurrunt. B. *De orels bloed-haten*. G. Die achsel blut adem. Gall. *Vaiffeaux Axillaires*. A. The Vessels of the arm-hole, or arm-pit.

A X I O M A, effatum evidentissimum, simplicissimis immixtum idēis, quod cuncti mortales ob simplicitatem & claritatem uno ore absque demonstracione pro vero admittunt: nonnunquam autem est propositio ab Hippocrate vel Galeno in observatis quamplurimis fundata, & pro inconclusa ab illis habita. B. *Een klare waarheid*. G. Ein volkommener spruech. Gall. *Axiome, verité incontestable*. A. An Axiom or proposition.

A X I S, est vertebra tertia colli, capiti subjecta. Gr. *εἶση*. B. *Die Achse*. G. Die Achse. Gall. *Effieu*. A. The third Vertebra near the head.

A X U N G I A, Στιλæ Ævi Diosc. οἱ Ἀγίν. pinguedo vel sebum porci, sebo mollior. Quia verò hujus unguinis praeceps usus fuit in axibus curruum inungendis, hinc illi nomen creatum, & Grammatici omnes pro unguine vehiculari exponunt. B. *Gieusel / Deutsel*. G. Schmeer, Schmaltz. Gall. *graisse*. A. Fat grease.

A X Y R I S, idem quod *Auxyris*.

A u ē n o s, ab *awāra*, cresco, ab *awē* augeo, corporis est in omnem modum ampliatio.

A Z O T H, modo Mercurium cuiuscunque corporis metallici denotat, modo Medicinam quorundam universalem putatam ex Mercurio, auro & argento paratam ; ante aliquot annos per Magnates, imo & vulgum celeberrimum, varii coloris ; sed pro diversitate præparationis, sepe nimis sollicitae, unde mox pretio & fama vilesccere incepit. B. *Quicksilver*. G. Quecksilber. Gall. *Mercure*. A. Mercury, Quicksilver.

AZUGOS, est vena ortum ducens ex Vena cava dupli-
ci origine in abdomen inter duos diaphragmatis appendi-
ces, dein Thoracem ingressa sub Aorta juxta dorſi verte-
bras, accipit Venas Intercostales, & Venae cavae superio-
ri iterum inferitur, estque insignis capacitatis. *Sine Pari*
aut Jugo dicta, ex a priv. & ζυγοjugum. B. *Ader son-*
der paar of weerga. G. Die ader ohne paar. Gall. *Veine*
Azygos. A. Thé veine without a paire.

AZUR, à voce Arabica, & Persica, *Lazur*, quā cæru-
leum pigmentum denotant.

AZYMUS, est panis non fermentatus, & insalubris,
ex a priv. & ζυμω fermento, unde ζυμη fermentum. B. *On-*
geheveilt brood / ongezuurd brood. G. Ungehuffelt, un-
gesauert brod. Gall. *Pain à chanter, sans levain, azyme*. A.
Unleavened.

B.

BACCA BACCÆ. Gr. κόκκος, dicuntur fructus seu fru-
ctus sphærici, minores herbarum, fruticum, arborum-
ve, qui dispersius rariusque nascuntur: vel quicunque
parvi sunt & rotundi, ut ribes. Fraga, baccæ lauri, jun-
iperi, plerūque molles, tenui membranâ, tecti, & semi-
na in substantia pulposa nidulantia continent: atque in hoc
ab acinis differunt, quod iis densius proveniant. *Bacca*,
fortè à Baccho, quia vitis, baccas producens, Baccho di-
cata. B. *Bezie*. G. Beeren. Gall. *Baye*. A. A Berry.

BACCAR, BACCARIS, est herba odorata. Sic dicitur
quasi παραχνεις, omnibus grata, propter eximiam fra-
grantiae gratiam, in radice cinnamomum redolente, vel no-
men accepit απὸ τοῦ βακχά, χάρις, quod ex eo coronæ
bacchantium more, magna cum gratia, quam ex hedera
gestatae sint.

BACCHICA, vide *Hedera*.

BACCINIA & BACCINUM, est Vaccinia, sic dicta
quod baccas producat.

BACILLI, nomen imponitur Medicamentis figurâ ba-
cillorum oblongâ, seu tereti, ut bacilli, seu candelæ
odoriferæ. Item & bacilli ex glycyrrhiza, ab una extre-
mitate contusi, qui linctui interviunt: Ut vulgo in affe-
ctibus pulmonum & tuſſi, vel asthmate, à Galenica &

Ara-